DOMITII VLPIANI

E LIBRO REGVLARVM SINGVLARI EXCERPTA

EIVSDEM VLPIANI

INSTITVTIONVM FRAGMENTA

RECENSVIT

IOANNES VAHLEN

BONNAE
IMPENSIS ADOLPHI MARCI
MDCCCLVI

Lipsiae. Typis B. G. Teubneri.

ALFREDO FLECKEISENO

AMICITIAE CAVSA

PRAEFATIO.

Vlpiani haec, quam nunc in lucem emitto, editio cum breuibus tantum adnotationibus distincta nec prolixis commentariis adornata prodeat, faciendum uidetur, ut, quid ea nouae dotis afferat quidque a superioribus critici generis differat, paulo uberius in ipso limine libelli expromam.

Ergo duplicem editoris operam ipsa condicio libelli efflagitabat, quem non tantum scribarum inscitia communisque temporum fortuna foedius deprauauit, sed etiam breuiatoris cuiusdam male sedula manus insigniter attenuatum exhibuit. Hanc enim epitomam esse, non integrum librum, ab eo, qui princeps hunc aureum libellum a situ uindicauit, Ioanne Tilio perspectum est: quem tamen in eo fefellit opinio, quod haec non ex uno Vlpiani libro excerpta, sed corrasa e compluribus eiusdem Vlpiani scriptis frusta esse suspicaretur. Enimuero e regularum libro singulari haec siue excerpta siue fragmenta originem ducere, Iacobus Cuiacius (Obss. XVII 28. XIX 30, al.) ac Petrus Pithoeus (Mos. et Rom. leg. coll. II 2) aliique olim aut affirmarunt diserte aut breuiter significarunt: eandemque sententiam nostra aetate studiosius commendauit Fr. Ad. Schillingius (Diss. crit. de Vlp. fragm. Vratisl. 1824). Neque perito-

rum hodie quisquam erit opinor, qui haec fragmenta potius, quae adhuc uel a doctissimis appellantur, quam excerpta esse serio putarit, licet epitomam ipsam, quod multorum opinioni obfuit, iniuria temporis et capite et fine truncarit.

De epitoma autem deque origine epitomae cum in confesso res esset, hoc restabat, ut, quoad eius liceret, integrioris libri, quemadmodum ex Vlpiani manu prodierit, species quaedam adumbraretur, rationesque indagarentur, si quas breuiator in excerpendo secutus sit. Atque hoc quidem Theodori Mommseni beneficio (Vlp. ed. Böck. 4. p. 109 sqq.) ita nunc exploratum est, ut Vlpianum compareat suum regularum librum fere ad Gaianarum institutionum ordinem ac diuisionem instituisse, breuiatorem autem eius aut mutauisse aut, si a nonnullis titulorum inscriptionibus recesseris, addidisse paucissima, contra quidquid a sui temporis usu forensi alienum iudicaret, omisisse compertum sit.

Quae cum ita essent, non potuit dubia esse ratio, qua hodie Vlpiani editio adornanda sit. Etenim cum iam non possis integrum Vlpiani librum recuperare, sed fere debeas in resuscitanda et a librariorum delictis expurganda breuiatoris manu subsistere, in textu nihil attigi aut indicaui eorum, quae suo consilio breuiator aliter dedit, atque olim in ipsius Vlpiani libro fuisse probabile est. Verum tamen ne inani integritatis specie lectores eluderentur, in secreta a criticis notis adnotatione; quidquid ad informandam animo pristinam operis formam conferre uideretur, exhibui. Itaque primum,

quo regularum, quae olim fuerit, cohaerentia ac distributio appareret, cum Vlpiani regulis passim composui Gaianarum institutionum commentarios: nec tamen ita, ut singulis Vlpiani locis, e Gaio quae illis responderent, adscriberem, sed ut per utriusque systematis partes maiores ac minora commata collationem persequerer rationesque, quibus subinde uel addendo uel demendo uel denique ordinem disputationis immutando a Gaio deflexerit Vlpianus, significarem. In qua opera grato mihi adiumento fuit ea, quae nunc Böckingii Vlpiano adiecta est, systematis tabula, eiusdemque Böckingii delineatio Gaiani systematis. Deinde in eadem adnotatione, breuiatoris uestigia sequens, indicaui, si quae illum in integro Vlpiani libro nouauisse certius constaret aut probabilis ratiocinatio ostenderet. Quorum pleraque acumini Mommseni debentur, nisi quod quaedam, quae ille casu aut librarii errore orta arbitrabatur, rectius uidebar ad breuiatoris consilium referre: ac uicissim in nonnullis, quae illi manum breuiatoris prodebant, acquiescere in librarii oscitantia malui.

Itaque dicendum est de altera mea edentis opera, quae in textu epitomae critica ratione constituendo uersatur. De qua ut ordine exponatur, incipiendum est a codicum editionumque, quae diiudicandae lectionis auctoritatem habeant, recensu.

Principem igitur editionem, quae Parisiis prodiit a. 1549, Ioannes Tilius (Du Tillet), episcopus Parisiensis, curauit, uno eoque deprauatissimo codice usus, in quo hi TITVLI EX CORPORE

VLPIANI – sic enim inscripti sunt in codice – Alariciano, quod uocant, breuiario inserti erant. Sed Tilius cum reuocati ab interitu libri laudem meruerit, innumerabiles tamen locos, qui correctione indigerent, curae posteriorum reliquit. Ac primum Iacobus Cuiacius semel editas Vlpiani regulas continuo fere studio fouit et expoliuit: unde ortae sunt primum notae in Vlpianum, quas Cuiacii discipulus, Ioannes Amariton, nesciente illo, sed tamen postea factum comprobante, Tolosae edidit a. 1554. Cuiacii notis Amariton textum titulorum praemisit, qui non multum a principe editione diuergit. Eaedem notae cum textu postea saepius editionibus uulgatae sunt: quarum tamen nulla uidetur noui quicquam aut proprii afferre (cf. Sauinius Zeitschr. f. gesch. R. W. IX 167 n.): nisi quod ea, quam Annibal Fabrotus curauit (Cuiacii Opp. om. tom. I. Neapoli a. 1758) et in contextu singularia quaedam exhibet et ad notas ab Amaritono editas non contemnendam ineditarum Cuiacii notarum accessionem habet. Ipse autem Cuiacius in Theodosiani codicis editione Lugdunensi a. 1566, Vlpiani quoque regulas emisit, sed ita, ut refictis nonnullis locis ceterum Tilii recensionem exscribendam operis tradidisse uideatur. Aestate a. 1576 Cuiacius cum Parisiis commoraretur, per Iacobum Tilium, senatorem Parisiensem et episcopi, ut uidetur, nepotem, diu desideratam iterum inspiciendi codicis Tiliani opportunitatem nactus est (cf. Zeitschr. f. gesch. R. W. IX 168). Exinde in eis obseruationum libris, qui ab a. 1577

prodibant, complures Vlpiani locos emendatiores ex archetypo protulit (cf. Obss. XVII 28. XX 34, al.): eiusdemque codicis scripturas in additamentis notarum, quae supra laudaui, adscripsit. Vnde Tilium comparuit non ea religione in edendo usum esse, qua decebat eum, qui unius codicis exemplo insisteret: id quod multo certius compertum est altera editione Cuiacii Paris. a. 1586, qua Tilii exemplar pressius secutus est, ita ut emendationibus in oram libri reiectis lacunarum supplementa litterarum diuersitate significaret. Sed eam huius editionis proprietatem superiores parum perspicientes – rem monuit quidem Schultingius, sed certis rationibus primus euicit Sauinius (Hall. Allg. Lit. Zeit. 1812 n. 115) – acquieuerunt fere in Tilii recensione, arreptis praeterea nouis, quae Ludouici Charondae opera suppeditabat, librorum subsidiis. Enimuero Charondas (Le Caron) Ictus Parisiensis duas regularum editiones parauit, legum antiquarum catalogo subiectas, quarum priori a. 1555 codicem e Philippi Geruasii Icti Germani bibliotheca a typographis sibi oblatum adhibuit, alteram a. 1578 ad libri, qui penes Stephanum Auredanum fuit, exemplum formauit. (De Charondae quodam Festi libro cf. Mülleri Festus p. VIII.) Inde factum est, ut qui postea ad edendas Vlpiani regulas accederent, fere mixtam e tribus codicibus recensionem referrent. Qualis est ea, quam in Iurisprudentia Anteiustinianea Lugd. a. 1717 Antonius Schultingius exhibuit, cui suboluit quidem dubia Geruasiani codicis fides, sed eum nimia Auredani libri

superstitie decepit. Schultingii uestigiis institere Gerardus Meermanus, qui in Thesauri tomo VII (Hagae-Comitum a. 1753) Vlpiani regulas amplis commentariis instruxit: atque Ioannes Cannegieterus, cuius Traiecti ad Rhenum a. 1768 emissa editio habet quaedam egregie inuenta, sed obfuit ingenio editoris nimia, qua in asciscendis siglis utitur, licentia. Denique sanam emendandi Vlpiani uiam Gustauus Hugo monstrauit, qui cum ab initio Schultingii rationibus adhaesisset, – prodiit autem prima Hugonis editio a. 1788 – mox in secunda Vlpiani editione a. 1811 docuit, unicum, qui auctoritatem habeat, esse Tilii codicem, inde temere interpolatos XVI saeculo Charondae libros fluxisse. (Vid. Hugo Gött. gel. Anz. 1812 n. 14. Ciu. Mag. IV p. 361 sqq.)

Sed huic Hugonis inuento non multo post alterum crisi Vlpiani utilissimum F. C. Sauinii beneficio accessit. Qui cum de Vaticano quodam Vlpiani libro certior factus esset, e nonnullis scripturae speciminibus suspicatus est, hoc esse ipsum Tilii, quod perisse existimabatur, exemplar: eamque suspicionem, integrum codicis exemplum nactus, omni argumentorum genere firmauit. (Vid. Hall. Allg. Lit. Zeit. 1812. n. 115. 116. Ciu. Mag. IV p. 375 sqq.) Itaque hoc fundamento proximae Hugonis editiones (a. 1815. 1822. 1834) nitebantur, quae una cum textu ad Vaticanum correcto ipsum codicis exemplum repraesentarent. Nec debilitauit Sauinii rationes G. E. Heimbachius, qui illorum codicum nescio quam cognationem repperisse sibi uisus est. (Vid. Heim-

bach Über Vlp. Fragm. Lips. 1834. Hall. Jahrb. 1838 n. 246. Leipz. Repert. 1843 III p. 93 sq. — Schunck Jahrb. XXV p. 47 sqq. Zeitschr. f. gesch. R. W. IX p. 157 sqq.) Cum enim in summa rei Vaticanus mirifice consentiat cum eis, quae de Tilii libro traduntur, tum discrepantiae nonnullae facile ex editorum rationibus explicationem habent. Etenim Tilius multum abfuit, ut codicem accurate exprimeret, Cuiacius autem eundem librum haud dubie ad Tilii editionem ita exegit, ut relictis, quae illum recte nouauisse iudicaret, in adscribenda notabiliore lectionis uarietate subsisteret. Quare cum in Vaticano reperiatur, quidquid Cuiacius (ed. 1586) aliter ac Tilius exhibet, probabile est ea, quae utraque editio pariter a Vaticano aliena refert, e Tilii ingenio fluxisse. Neque obstat, quod Cuiacius subinde prauam Tilii lectionem tradit, cum in Vaticano uerum compareat: nisi forte incredibile est, etiam Cuiacium aliquando dormitasse. Errori quidem Cuiacii attribuo, quod tit. XI 19 e Tilii editione *Latino* recepit, cum in Vaticano rectius legatur *Latinae*, neque aliam rationem habet, quod tit. XIX 1 non demit *et* particulam, quam Tilius sine codicis auctoritate ante *aquaeductus* inuexit. Sed aliae discrepantiae ex Obseruationibus Cuiacii petuntur, quae tamen nihilo magis diuersitati codicum fauent, cum Cuiacius longius abesset ab ea sollicita cura, qua hodie solemus codicum testimonia perscribere. Ita ipsis codicis lectionibus nonnumquam suam aliquam correctionem immiscet, aut ita testimonia effert, ut non certo internoscere possis, quid e co-

dice hauserit, quid ipse addiderit uel mutarit. Velut tit. XI 27 cum editio princeps *si mancipia alienent* exhibeat, in codice fuisse *si rem mancipi alienent* tradit Obss. XVII 28, eandemque scripturam in editionem a. 1586 recepit. At Vaticanus addita una littera *si rem mancipia alienent:* ut pusillam codicis labem tacite a Cuiacio sublatam esse appareat. Idemque Obss. XX 34 de ordine dandarum bonorum possessionum agens Vlpiani locum XXVIII 7 e Tilii libro ita protulit: *Rectissime enim Vlpianus .... libro Regularum, ut in ipso originali legi, quod est penes Iacobum Tilium Senatorem clarissimum et eruditissimum Intestati bon. possessionem dari quarto gradu familiae patroni, Quinto patrono patronae, item liberis patroni patronaeue, ubi quartum et quintum gradum uocat, quem ante ex Institutionibus Iustiniani dixi quintum et sextum.* Quod testimonium cum obliqua, qua utitur, oratio prodat parum exacte scriptum esse, tum conferens cum illis Tilii editionem Vaticanique scripturas, non dubitabis, quin Cuiacius sententiam tantum Vlpiani, non uerba, uoluerit rectius e codice constituere. Vid. adn. Attamen inique Cuiacium insimularet, qui similem incuriam in hoc testimonio agnosceret Obss. XVII 28 *in eodem (authentico) titul. II scriptum est Idem lex 12 Tab. iubet his uerbis SI PATER.* Quae uerba Schultingii errore, quem Böckingius propagauit, ad tit. II 4 *idque lex duodecim tabularum iubet* adscripta sunt, cum Cuiacius aperte hunc locum e tit. X 1 *id enim lex duodecim tabularum iubet his uerbis SI PATER* significarit. Nec magis Cuiacii errore aut

neglegentia factum est, ut alii quidam loci, quos e Tilii libro protulit, parum cum Vaticano conspirent. Velut quod Obss. XVII 28 tradit tit. XXIV 14 'tria uacua spatia' fuisse in Tilii libro, ea in Vaticano expleta sunt, ita tamen, ut et lacunae, quae olim fuerunt, consentiant cum Cuiacii indicio, nec supplementa ipsa a Tilii editione discrepent. Quapropter cum etiam additarum uocum scriptura recentem aetatem prodat, apertum uidetur, haec esse post Cuiacium e principe editione in codicem inuecta, qui ne in eo quidem a Cuiacii testimonio distat, quod *uelit dare* uoces paulum oblitteratas ostendit. Neque aliter iudicandum est de eiusdem tit. § 21 '*Legatum ab eo tantum dari potest*, *qui* . . . .' Ita enim antiquitus Vaticanum exemplar, eandemque loci speciem e Tilii libro Cuiacii fides perhibet. Nam lacunam codicis et in posterioribus, quas dixi, notis testatus est et significauit editione a. 1586, in qua mutilam orationem ex ingenio sic reparauit, ut additamenta sua litterarum diuersitate indicaret. Atqui Tilius ita locum formauit *Legatum ei tantum dari potest*, *qui extraneus est:* eaeque correctiones a recenti manu in Vaticano apparent, ut non mirum uideatur, Cuiacium eas in codice non inuenisse. Denique ne ex eis quidem, quae de Vaticani origine ac fortuna traduntur, firmius codicum diuersitati praesidium contingit. Etenim e litterarum ductu Gust. Haenelius coniecit, Vaticanum codicem in coenobio Floriacensi ad Ligerim scriptum esse. (Leipz. Repert. 1834 I p. 351. Hall. Jahrb. 1838 p. 1975.) Quo coenobio a. 1562 a Cal-

uinistis direpto, factum est, ut bona pars dissipatorum codicum post uarias uicissitudines in Alexandri Petauii manus uenirent. (Hänel. Catal. lib. msctorum p. 258. Hall. Jahrb. l. s.) Iam cum eiusdem Petauii nomen Vaticano Vlpiani exemplari inscriptum sit, quibusdam probabile uisum est, hunc quoque codicem illa Caluinistarum incursione e Floriacensi bibliotheca exisse: ut idem exemplar non posset penes Tilium fuisse, qui suum se codicem a. 1544 nactum esse testatur. At licet ea ratiocinatio aliquam probabilitatis speciem habeat, multum tamen abest, ut grauissimas e re ipsa petitas rationes diluere possit. Quid enim impedit, quominus Vlpiani codicem, quem non negamus in illo coenobio scriptum esse, iam ante fatalem annum nescio qua opportunitate mutasse sedem putemus? Aut quis affirmarit, omnes Petauianae bibliothecae copias ad unam illius coenobii deuastationem redire? Immo in promptu est Theodosiani codicis exemplar, quo Tilius in sua editione a. 1550 usus est: et tamen eundem librum postea Alexandri Petauii fuisse, subscriptio ostendit. (Vid. Niebuhr Zeitschr. f. gesch. R. W. III 409. Hauboldi Opp. II p. LXXXVIII n. Hänel Antiq. Summ. cod. Theod. Lips. 1834. Cod. Theod. rec. G. Hänel. Bonn. 1837 praef. p. II sq.) Quare ne sic quidem ullo pacto uetamur in Sauinii sententia perstare, Vlpiani regulas uno codice conseruatas esse ex eodemque libro principem editionem fluxisse.

Itaque potui nunc criticam adnotationem ita instituere, ut in perscribenda unius Vaticani uarietate

me continerem: quam quidem nunc fere penitus exhaurire licuit, cum nouum Hugonianoque longe exactius eius codicis exemplum Böckingii aere, opera autem et fide Henrici Brunnii mei paratum sit. Sed cum uel hodie fore praeuideam, qui aut fidem habeant illi Tiliani Vaticanique codicum diuersitati aut saltem rationes cognoscere cupiant, quibus haec omnis disceptatio nitatur, faciendum putaui, ut Vaticani scripturis principis editionis et alterius Cuiacianae lectiones disertaque Cuiacii ac Merillii de Tilii libro testimonia apponerem. In qua re pariter cum fide breuitati ita consului, ut quoties Vaticani mendum a Tilio correctum esset, unius Vaticani testimonium adscriberem, nec diserte de Cuiaciana altera testarer, nisi a principe editione dissentiret. Neque ideo multum in hac opera deliquisse uideor, quod complures bibliothecas adeunti mihi non contigit, ut Tilii exemplum nanciscerer. Licebat enim in plerisque Sauinii fidem sequi, qui in eis, quas supra laudaui, disputationibus (Hall. Allg. Lit. Zeit. 1812 n. 115. 116. Hugo Ciu. Mag. IV 377 sqq.) paulo grauiores locos omnes e suo Tilianae editionis exemplo perscripsit: alia e Böckingii editione petii, aut ipse e posterioribus editionibus coniectura, quid in Tiliana extaret, assecutus sum. Reliquarum autem editionum uarietati, qua alii inutiliter commentarios suos cumularunt, ego nullum in adnotatione locum concessi. Neque omnem coniecturarum farraginem exponere uolui, sed subsistens in eis, quas probe excogitatas iudicarem, eo studiosius, ut ad suum quidque

auctorem referretur, curaui, quo licentius eam rem ab aliis habitam esse intellexi. Ipsa autem uerba Vlpiani quid a superioribus editionibus differant, singulatim recensere taedet: tantum uideor dicere posse, Vlpiani regulas partim Vaticani scripturis postliminio restitutis partim aliorum uel meis opinationibus adhibitis aliquanto nunc quam antea emendatiores prodire. Atque in uerborum ordinem, quae recte emendata uidebantur, recepi, quamquam superuacaneum duxi, in ipso contextu quamlibet correctionem diuersis litteris significare. Regularum autem excerptis addidi superstites ex institutionum libris reliquias: quas duplici adnotatione ita instruxi, ut uerba scriptorum, qui fragmenta conseruarunt, ac codicum editionumque lectiones separatim tradantur.

Denique indicem in regulas, Aug. Reifferscheidtio adiutore usus, confeci, qui quidem non omnia uerba complectitur, sed ea exhibet, quae maxime iuris studiosis prodesse uiderentur.

Haec iam in eo erant, ut prelo submitterentur, cum C a r o l i R ö d e r i afferebantur emendandi Vlpiani conamina (Heidelb. 1856): in quibus cum paucis bonis mixta inuenissem plurima, quae maiorem confidentiam quam usum ac peritiam prodant, nolui diu retardatam libri mei editionem etiam diutius remorari.

Dabam **Bonnae** m. septembri MDCCCLVI.

DOMITII VLPIANI

E LIBRO REGVLARVM SINGVLARI

EXCERPTA

INCIPIVNT TITVLI EX CORPORE VLPIANI

Hunc indicem titulorum nec ab Vlpiano nec ab eius breuiatore profectum, sed a Vaticani siue archetypi codicis scriptore confectum esse Mommsenus intellexit. Vide adn. p. 3, 1.

1 *** prohibet, exceptis quibusdam cognatis, et si plus donatum sit, non rescindit. 2 Minus quam perfecta lex est, quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, non rescindit, sed poenam iniungit ei, qui contra legem fecit: qualis est lex Furia

Desiderantur in principio libri definitiones diuisionesque iuris. Cf. Vlp. Inst. I 1—4. Gai I 1. Hugo Ciu. Mag. IV 364. Ad ius scriptum pertinent haec §§ 1...3, quibus de legibus agitur: ac plenius quidem quam ab Gaio I 2 factum, qui non nisi haec: 'lex est quod populus iubet atque constituit.'

Initium libelli Lachmanno (Zeitschr. f. gesch. R. W. IX 174—212) Mommsenoque (Böck. ed. 4 p. 109—120) auctoribus constitui: quorum hic probabiliorem corruptelae uiam indagauit: in principio 'plus unum folium siue triginta sex fere uersus quales sunt codicis Vaticani non uidentur intercidisse.' Vide supra. In Vat. et ed. princ. singulae partes sic se excipiunt: Incipiunt tituli (XXVIIII tituli, *om.* incipiunt, *ed. princ.*) ex corpore Vlpiani. Mores ... inueteratus (*p. 4, 10 sq.*) I De libertis .... XXVIIII de bonis libertorum. I Tit. (Tit. I *ed. princ.*) De libertis. Libertorum ... confirmat (quod datum legatum est *add. ed. princ.*) (*p. 5, 9*) prohibet ... prima lege (*p. 4, 9*). hodie autem (*p. 5, 10*). *Verum ordinem, sed omisso indice titulorum, exhibent Cuiacianae, praeposito titulo:* De legibus et moribus *et his:* Imperfecta lex est, uel uti Cincia, quae supra certum modum donari (*sed inclin. litt. Cui. b*) *initio praefixis. Cuiacius Obs. XIX 30 lacunam initio ita expleuit:* Lex aut perfecta est, aut imperfecta, aut minus quam perfecta. Perfecta lex est, uel uti Aelia Sentia, quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, rescindit. Imperfecta lex est, uel uti Cincia, quae supra certum modum donari. *Schillingius Animadu. spec. I haec supplementa:* Perfecta lex est, quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, rescindit, qualis est ...... Imperfecta lex est, quae uetat aliquid fieri, et si factum sit, non (nec *Böckingius*) rescindit, nec poenam iniungit ei, qui contra legem fecit: qualis est lex Cincia, quae plus quam ...... donari *proposuit* 2 et] sed *Turnebus Adu. VII 21.* at *Zimmernius (Gesch. d. R. Priu. R. I 62)* 2.4 rescindet *Vat.* 5 fecerit *Hugo I. C. A. p. 1603*

testamentaria, quae plus quam mille assium legatum mortisue causa prohibet capere praeter exceptas personas, et aduersus eum, qui plus ceperit, quadrupli poenam constituit.

3 Lex aut rogatur, id est fertur: aut abrogatur, id est prior lex tollitur: aut derogatur, id est pars primae tollitur: aut subrogatur, id est adicitur aliquid primae legi: aut obrogatur, id est mutatur aliquid ex prima lege.

4 Mores sunt tacitus consensus populi, longa consuetudine inueteratus.

I DE LIBERTIS

5 Libertorum genera sunt tria, ciues Romani, Latini Iuniani, dediticiorum numero.

6 Ciues Romani sunt liberti, qui legitime manu

§ 3] Breuiatoris culpa non casu ex iuris scripti partibus plebiscita, senatus consulta, constitutiones principum, edicta, responsa, de quibus Gaius I 4—7, desiderantur. Cf. Hugo l. c. Mommsenus.

§ 4] De moribus h. e. de iure non scripto de suo addidit Vlpianus.

I DE LIBERTIS] Incipit pars Regularum prima quae est DE IVRE PERSONARVM siue DE CONDITIONE HOMINVM. Vlp. I—XVIII. Gai I. Ac resecuit primum breuiator iuris diuisionem, qualis apud Gaium I 8 legitur: 'omne .. ius ... uel ad personas pertinet, uel ad res uel ad actiones.' deinde de iure personarum partitiones 'quod omnes homines aut liberi sunt aut serui: rursus liberorum hominum alii ingenui sunt alii libertini.' Cf. Gai I 9 . 10. In hac autem A. DE LIBERTIS disputatione quae tit. I—III comprehendit Vlpianus multifariam a Gai institutionibus (I 12—47) declinauit: quo de uide Böckingii syst. tab. cum adn. Agitur autem 1) de libertorum generibus (I 5—11 cf. Gai I 12. 16. 17. 13—15).

1 ascium *Vat.* mille assium] '*Lex habuit mille aeris*' *Cuiacius Obs. XIX 31* 2 morti suae *Vat.* 4 poena *Vat.* 5 Lex] ex (*litterae* L *spatio uacuo relicto*) *Vat.* 7 primae *Cuiacianae.* prima *Vat. ed. princ.* primae legis *Cuiacius in notis.* e prima *Huschkius apud Böckingium* 8 obrogat *Vat.* 10 moris *Vat.* consénsus *Vat.* 11 inuetératus *Vat.* 15 qui legitime manu missi sunt, id est aut (aut *omisi cum Gaio*) uindicta aut censu a. t. n. i. i. *Böckingius.* qui legitimae censu aut testamento nullo iure inpediente *Vat.* qui uindicta censu aut testamento n. i. i. manu missi sunt *ed. princ.* qui legitima manu missione (*uel simpliciter* legitime) liberati

missi sunt, id est uindicta aut censu aut testamento, nullo iure inpediente.

7 Vindicta manu mittuntur apud magistratum, uelut consulem, proconsulem praetoremue. 8 Censu manu mittebantur olim, qui lustrali censu Romae iussu dominorum inter ciues Romanos censum profitebantur. 9 Ut testamento manu missi liberi sint, lex duodecim tabularum facit, quae confirmat testamenta.

10 Hodie autem ipso iure liberi sunt ex lege Iunia, qua lege Latini sunt nominatim inter amicos manu missi. |

§ 8 Censu manu mittebantur olim] Praeter morem, quem Mommsenus inuestigauit, breuiator de iure obsoleto notitiam in epitomam recepit. Cf. Göschenus (Zeitschr. f. gesch. R. W. III 269).

§ 10 confirmat testamenta. Hodie] Casu aut librarii peccato nihil nisi tta post confirmat intercidit. Relicua, quae desideraueris, ad ius obsoletum pertinentia excerptoris consilium omisit. Vlpiani sententiam post alios indicauit Mommsenus. Vide infra.

sunt, id est uindicta aut censu aut t. n. i. impediente *Schillingius. Cf. Gai I 17* '*iusta ac legitima manu missione liberetur, id est uindicta aut censu aut testamento, is ciuis Romanus fit.*'

3 magistratum uelut consulem, proconsulem praetoremue *Hugo I. C. A. p. 1603*, *Mommsenus* (*Stadtr. u. Salpensa u. Malaca p. 345 sq.*). magistratū p̄turim ue uelut consulē proconsulem *Vat. Cuiaciana b, sed eadem* PR. uelut *in margine.* magistratum, uelut Praetorem, Consulem, Proconsulem *ed. princ.* magistratum populi Romani, uelut consulem praetoremue uel proconsulem *Lachmannus* 5 mittebantur, qui olim *Loonius, cf. Zimmernius* (*Gesch. d. R. Priu. R. I 746*). mittebantur, olim qui *Heimbachius* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 102*) 9.10 *Vide adn. ad p. 3, 1.* confirmat testamenta. Latini sunt liberti, qui uoluntate domini in libertate morantur: quos olim praetor tueri solebat in possessione libertatis: hodie *Mommsenus. De latiore lacuna cogitauerat Lachmannus.* confirmat testamento datas libertates. Olim liberi non erant, qui aliter quam uindicta, censu uel testamento manu mittebantur: hodie *Cuiacius in notis.* confirmat *** Inter amicos manu missi olim non erant ipso iure liberi, sed uoluntate domini in libertate morabantur, et eos seruire non permittebat Praetor: hodie *idem Obs. XIX 30* 11 nominatim *Hugo I. C. A. p. 1603, Lachmannus.* nominati* *Vat. ed. princ.*

11 Dediticiorum numero sunt, qui poenae causa uincti sunt a domino, quibusue stigmata scripta fuerunt, qui propter noxam torti nocentesque inuenti sunt, quiue traditi sunt, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, uel in ludum uel custodiam coniecti fuerunt, deinde quoquo modo manu missi sunt: idque lex Aelia Sentia facit.

12 Eadem lege cautum est, ut minor triginta annorum seruus, uindicta manu missus, ciuis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit: id est sine consilio manu missum lex Aelia Sentia seruum manere putat, testamento uero manu missum perinde haberi iubet, atque si domini uoluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit.

13 Eadem lex eum dominum, qui minor uiginti annorum est, prohibet seruum manu mittere, praeter quam si causam aput consilium probauerit. 13[a] In consilium autem adhibentur Romae

§§ 12—19] Disputatur 2) de eis qui manu mitti uel manu mittere prohibeantur. Cf. Gai I 18—27. 36—47.

2 quibusue stigmata scripta *Cuiacius in notis et in mrg. Cuiacianae b* (*cf. Quintilian. VII 4, 14 'fugitiuo stigmata scripta.'*). quib: uestigia scripta *Vat. ed. princ.* quibusue stigmata inscripta *Bluntschelius conl. Gaio I 13 'quibusue stigmata inscripta sint.'* 3 quiue *Schillingius* 5 uel in ludum uel custodiam *scripsi.* uel custodiā *Vat.* uel in custodiam *ed. princ.* inue ludum uel custodiam *Schillingius conl. Gaio I 13 'inue ludum custodiamue coniecti fuerint.'* 6 sint *Hugo I. C. A. p. 1603* 7 lex ascia *Vat. semper, ut semel monuisse sufficiat* 8 legē *Vat.* 9 ciues *Vat.*

11 id est *Lachmannus.* ideo *Vat. ed. princ.* consiliū *Vat.* lex Aelia Sentia *M. Hertzius. Cf. Hugo* (*Gött. Gel. Anz. 1833 p. 1443 sq.*). caesaris *Vat. Cuiaciana b. omisit ed. princ.* censuue *Schillingius. Cf. Göschenus* (*Zeitschr. f. gesch. R. W. III 243*). eius aetatis *Huschkius* 12 putat] *Cf. Cuiacius notis in Vlp. II 4* 17 aput *Vat.*

18 *Distinxit* (*13[a]*) *Hugo* (*Ciu. Mag. IV 390*) consilium *ed. princ.* consilio *Vat. Cuiaciana b* Romae] Romani *Vat.*

quinque senatores et quinque equites Romani, in prouinciis uiginti reciperatores, ciues Romani. 14 Ab eo domino, qui soluendo non est, seruus testamento liber esse iussus et heres institutus, etsi minor sit triginta annorum, uel in ea causa sit, ut dediticius fieri debeat, ciuis Romanus et heres fit, si tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. quodsi duo pluresue liberi heredesque esse iussi sint, primo loco scriptus liber et heres fit: quod et ipsum lex Aelia Sentia facit. 15 Eadem lex in fraudem creditoris et patroni manu mittere prohibet.

16 Qui tantum in bonis, non etiam ex iure Quiritium seruum habet, manu mittendo Latinum facit. In bonis tantum alicuius seruus est uelut hoc modo: si ciuis Romanus a ciue Romano seruum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. nam quam diu horum quid fiat, is seruus in bonis quidem emptoris est, ex iure Quiritium autem uenditoris est.

17 Mulier quae in tutela est, item pupillus et pupilla manu mittere non possunt.

§ 17] Excerptoris consilio plura hic resecta esse uelut de iure liberorum Mommsenus arbitratur. Qui quod haec saltem: n i s i t u t o r e a u c t o r e (Cf. Göschenus Zeitschr. f. gesch. R. W. III 268) non de-

1 aequites *Vat.* 2 prouinciis *Böckingius Huschkio auctore* (*cf. Gai I 20*). prouincia *Vat. ed. princ.* reciperatores *Lachmannus.* receperatoris (tores) *Vat. Cuiaciana b.* recuperatores *ed. princ.* 3 soluendus *Vat.* testamenti *Vat.* 4 institu**tus *Vat.* 5 annorum *scripsi secundum Hugonem I. C. A. p. 1603.* annis *Vat. edd. Cf. Göschenus in Gai I 18 ed. 2. Huschkius* (*Rhein. Mus. f. Iurispr. VII 67*) 6 ciues r. et *Vat.* 8 sint *Vat.* sunt *ed. princ.* 10 fraude *Vat.* 11 creditorum *Hugo I. C. A. p. 1603. Cf. Gai I 37. 47* 12 ius Quiritium *Vat. semper* 15 ciues *Vat.* 16 hemerit *Vat.* is qui *Vat.* 17 anno *Vat. in lit. alio atram.* 18 quam diu] *i. e. donec. Cf. Schultingius in Gai Epit. II 4, 2. Lachmannus* 19 ex] et *Vat.*

18 Communem seruum unus ex dominis manu mittendo partem suam amittit, eaque adcrescit socio, maxime si eo modo manu miserit, quo, si proprium haberet, ciuem Romanum facturus esset. nam si inter amicos eum manu miserit, plerisque placet eum nihil egisse. 19 Seruus, in quo alterius est usus fructus, alterius proprietas, ab proprietatis domino manu missus liber non fit, sed seruus sine domino est.

20 Post mortem heredis aut ante institutionem heredis testamento libertas dari non potest, excepto testamento militis. 21 Inter medias heredum institutiones libertas data utrisque adeuntibus non ualet, solo autem priore adeunte iure antiquo ualet. sed post legem Papiam Poppaeam, quae partem non adeuntis caducam facit, siquidem primus heres uel ius patris uel ius antiquum habeat, ualere eam posse placuit: quod si non habeat, non ualere constat, quod loco non adeuntis legatarii patres

buisse resecari adfirmat, nescio an ea casu propter compendium n t a pone p o s s u n t interciderint.

§ 19 seruus sine domino est] Taedio breuiatoris haec: d o n e c m a n e t u s u s f r u c t u s: q u o f i n i t o L a t i n u s e f f i c i t u r (Cf. Göschenus Zeitschr. f. gesch. R. W. III 264) desiderari Mommsenus iudicat.

§ 20—II 12] 3) De manu missione testamentaria Vlpianus absque Gai institutionibus egit: nisi quod de lege Furia Caninia (24 . 25) Gaius quoque I 42—46 dicit.

§ 21 uel ius patris] Haec Mommsenus putat excerptorem suo consilio omisisse: in quo malim incuriam librarii agnoscere.

2 admittit *Vat.* 7 ab *scripsi.* ad *Vat.* a *edd.* 8 li. bér *Vat.* 13 institutionis *Vat.* utriusq: *Vat.* 15 Poppaeam *Schultingius ubique.* pōpeiam *m. pr. Vat.* (˜ *et* i *eras. m. alt.*) popeam *ed. princ. Cf. Schneiderus* (*Anwachsungsr. p. 198*) 16 adeuntes *Vat.* 17 uel ius patris *Mommsenus, idem post Lachmannum* uel liberos *coniciens. omisit Vat. ed. princ.* liberos *Schultingius.* uel ius caduci *Rudorffius* (*Cf. Zeitschr. f. gesch. R. W. VI 414*). ius caduca uindicandi *uel* ius patrum *Schillingius.* uel ius liberorum *Lachmannus* 18 ualere (re *in lit.*) *Vat.* 19 adeuntes *Vat.* legatarii patres *Vat. Cuiaciana b* (*Cf. Gai II 206*). legatarii partis *ed. princ., sed in cod. Tilii* patres *fuisse attestatur Cuiacius not. post.*

heredes fiunt: sunt tamen, qui et hoc casu ualere eius causam posse dicunt. 22 Qui testamento liber esse iussus est, mox, quamuis unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. 23 Iusta libertas testamento potest dari his seruis, qui testamenti faciendi et mortis tempore ex iure Quiritium testatoris fuerunt.

24 Lex Fusia Caninia iubet testamento ex tribus seruis non plures quam duos manu mitti: et usque ad decem dimidiam partem manu mittere concedit: a decim usque ad triginta tertiam partem, ut tamen adhuc quinque manu mittere liceat, aeque ut ex priori numero: a triginta usque ad centum quartam partem, aeque ut decem ex superiori numero liberari possint: a centum usque ad quingentos partem quintam, similiter ut ex anticedenti numero uiginti quinque possint fieri liberi. et denique praecipit, ne plures omnino quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant.

25 Eadem lex cauet, ut libertates seruis testamento nominatim dentur.

2 eius causam *Lachmannus*. eius eã *Vat*. eam *ed. princ.* iure eam *Hugo I. C. A. p. 1603*. aequius eam *Schillingius*. e testamento eam *Mommsenus* 3 quamuis *Vat.* (*cf. Lachmannus*). quam *ed. princ.* quam uel *Marezollius* (*Hugo I. C. A. p. 1603*) 5 qui et *prop. Böckingius* 6 ex] & *Vat.* 7 testa***tores *Vat.* men *litterae erasae uidentur* 8 Fusia *scripsi* (*Cf. Gai I 46 Böck.*) Fufia *Vat. Cuiaciana b.* Furia *ed. princ.* testamentũ *Vat.* 11 decim *scripsi* (*Cf. III. 6. XXIV 17*) decimo *Vat. ed. princ.* decem *Hugo* (*Ciu. Mag. IV 390*) 12. 14 aequae *Vat.* 14 partim *Vat.* superiori *Vat. Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* priori *ed. princ.* 15. 17 numerũ *Vat.* 15 céntũ *Vat.* 16 anticedenti *Vat.* antecedenti *edd.* 17 et denique *Vat. Cuiaciana b.* eademque *ed. princ.* denique *Cuiacius in not. post.* 18 p̃cepit *Vat.* 20 libertatis *Vat.*

II DE STATV LIBERO VEL STATV LIBERIS

1 Qui sub conditione testamento liber esse iussus est, statu liber appellatur. 2 Statu liber, quam diu pendet conditio, seruus heredis est.

3 Statu liber, seu alienetur ab herede, siue usu capiatur ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit. 4 Sub hac conditione liber esse iussus: SI DECEM MILIA HEREDI DEDERIT, etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam ad libertatem peruenit: idque lex duodecim tabularum iubet. 5 Si per heredem factum sit, quo minus statu liber conditioni pareat, proinde fit liber, atque si conditio expleta fuisset. 6 Extraneo pecuniam dare iussus et liber esse, si paratus sit dare, et is cui iussus est dare, aut nolit accipere, aut ante quam acceperit moriatur, proinde fit liber, ac si pecuniam dedisset.

7 Libertas et directo potest dari hoc modo LIBER ESTO, LIBER SIT, LIBERVM ESSE IVBEO,

II DE STATV LIBERO VEL STATV LIBERIS] Hic index Mommseno uidetur ex breuiatoris officina profectus esse: nec enim inscriptio, quae ne Latine quidem scripta est, omnia comprehendit, quae hoc titulo tractantur (§§ 7—12 de directa et per fidei commissum data manu missione agitur): et tituli argumentum ad manu missionem testamentariam pertinet. Cf. Schillingius Animadu. spec. I.

1 DE STATV LIBERV̄ VEL STATV LIBERIS *Vat.* De statu statu liber liberis *ed. princ.* De statu libero *Schillingius* 3 quãdiu (st. li. *ead. m.*) *Vat.* 4 pendit *Vat.* est *ed. princ. inclin. litt. Cuiaciana b. omisit Vat.* 6 usu capiatur *Cuiaciana b in mrg. Cf. Obs. XIII 16 et not. post.* suscipiatur *Vat. ed. princ.* 8 herẽde *Vat.* 9 pecu*niã *Vat.* 10 peruenit *Marezollius* (*Hugo I. C. A. p. 1603*). pueniet *Vat. ed. princ.* idq: duodecim (lex *ead. m.*) *Vat.* 11 herede *Vat.* 12. 16 proinde (pinde) *Vat. Cuiaciana b.* perinde *ed. princ.* condicio *Vat.* 14 et liber esse *ed. princ.* ut liber .ẽẽ. *Vat.* ut liber esset *Bluntschelius. Cf. Heimbachius* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 103*) 15 nolit *Turnebus Adu. VII 21.* nollet *Vat. ed. princ.*

et per fidei commissum, ut puta ROGO, FIDEI COMMITTO HEREDIS MEI, VT STICHVM SERVVM MANV MITTAT. 8 Is qui directo liber esse iussus est, horcinus fit libertus: is autem cui per fidei commissum data est libertas, non testatoris, sed manu missoris fit libertus. 9 Cuius fidei committi potest ad rem aliquam praestandam, eiusdem etiam libertas fidei committi potest. 10 Per fidei commissum libertas dari potest tam proprio seruo testatoris, quam heredis aut legatarii, uel cuius libet extranei seruo. 11 Alieno seruo per fidei commissum data libertate, si dominus eum iusto pretio non uendat, extinguitur libertas, quoniam nec pretii computatio pro libertate fieri potest. 12 Libertas sicut dari, ita et adimi tam testamento quam codicellis testamento confirmatis potest, ut tamen eodem modo adimatur, quo et data est.

III DE LATINIS

1 Latini ius Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, naue, aedificio, pistrino: praeterea ex senatus consulto uulgo quaesitos tres enixa. 2 Beneficio

III DE LATINIS] 4) De Latinis. Cf. Gai I 28—35. Titulus parum accommodate ad argumentum conceptus est: certe plenior esse debuit uel ita: Latini quibus modis ius Quiritium consequuntur. Cf. Mommsenus.

2 ut Stichum *ed. princ.* ut iste cum *Vat.* uti stichum *Puchta* (*Hugo 5 praef.*). *Cf. XXIV 12. Lachmannus* 3 manu mittatis***is *Vat.* 4 horcinus *Vat. ed. princ.* orcinus *Charondas* libertus *edd. cum not. Cui. Cuiaciana b.* liberto *Vat. ed. princ.* 7 prestandã *Vat.* 11 cõmisso *Vat.* 12.13 p̃tio. p̃tii *Vat.* 14 libertatẽ *Vat.* 15 adimitatẽtestamento *Vat.* 16 codicellis *Vat. semper* (*Cf. Isidori Orig. V 24, 14*). codicillis *edd.* 19 Latinius *Vat.* 21 pristino *Vat.* preterea et *Vat.* 22 uulgo quaesitum (*siue* quaesitos) ter (tres *Böck.*) enixa *Hugo* (*Ciu. Mag. IV 394*). uulgo quaesit te re nexa *Vat.* ueluti quae

principali Latinus ciuitatem Romanam accipit, si ab imperatore ius Quiritium impetrauerit. 3 Liberis ius Quiritium consequitur Latinus, qui minor triginta annorum manu missionis tempore fuit: nam lege Iunia cautum est, ut si ciuem Romanam uel Latinam uxorem duxerit, testatione interposita quod liberorum quaerendorum causa uxorem duxerit, postea filio filiaue nato nataue et anniculo facto, possit apud praetorem uel praesidem prouinciae causam probare, et fieri ciues Romani tam ipse quam filius filiaue eius et uxor: scilicet si et ipsa Latina sit: nam si uxor ciuis Romana sit, partus quoque ciuis Romanus est ex senatus consulto, quod auctore diuo Adriano factum est. 4 Iteratione fit ciuis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat, maior triginta annorum, iterum iuste manu missus est ab eo, cuius ex iure Quiritium seruus fuit. sed huic concessum est, ex senatus consultu etiam liberis ius Quiritium consequi.

5 Militia ius Quiritium accipit Latinus, si inter uigiles Romae sex annis militauerit, ex lege Vi-

sit ter enixa *ed. princ.* uulgo quae sit ter enixa *Cuiaciana b.* (scto) Volusiano quae sit ter enixa *Sauinius* (*Hall. Allg. Litt. Zeit. 1812 II 71*). uulgo quaesitum enixa *Lachmannus.* mulier (uirgo *Schill.*) quae sit ter enixa *Heimbachius* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 103*) 5 ciue *Vat.* 6 téstatione *Vat.* 7 duxit *Vat.* 8 natu *Vat.* aneculo *Vat.* 9 prouintiae *Vat.* causam *edd. cum not. Cui. Cuiaciana b.* causa *Vat. ed. princ.* 10 ciues Romani *Lachmannus* (*conl. Gai I 29*). ciuem romanū *Vat. ed. princ.* ciuis Romanus *Charondas* 12 . 13 ciues *Vat.* 13 consultu *Vat.* 14 diui atriani *Vat.* auctoritate diui Hadriani *prop. Böckingius* 16 sed iuste *Heimbachius* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 104*) 18 .ẽ. ut (t *in lit.*) *Vat.* ex scto, ut ... consequatur *Hugo I. C. A. p. 1603.* ut ... consequi possit *prop. Böckingius* 18 consultu *Vat.* consulto *edd.* 19 liberi *Vat.* 20 accepit *Vat.* si *omisit Vat.* 21 uigilis *Vat.* annos *Böckingius* 21 Visellia *Cuiacius in notis.* Visillia *Vat. ed. princ.*

sellia. praeterea ex senatus consultu concessum est ei, ut si triennio inter uigiles militauerit, ius Quiritium consequatur. 6 Naui Latinus ciuitatem Romanam accipit, si non minorem quam decim milium modiorum nauem fabricauerit, et Romam sex annis frumentum portauerit, ex edicto diui Claudi.

IIII DE HIS QVI SVI IVRIS SVNT

1 Sui iuris sunt familiarum suarum principes, id est pater familiae, itemque mater familiae.

2 Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurii adpellantur.

V DE HIS QVI IN POTESTATE SVNT

1 In potestate sunt liberi parentum ex iusto matrimonio nati.

2 Iustum matrimonium est, si inter eos, qui nuptias contrahunt, conubium sit, et tam masculus pubis quam femina potens sit, et utrique consentiant, si sui iuris sunt, aut etiam parentes eorum,

§ 6] Duos extremos modos, quibus Latini ius Quiritium consequuntur, aedificium et pistrinum (u. § 1) Mommsenus taedio epitomatori omissos arbitratur.

IIII DE HIS QVI SVI IVRIS SVNT] B. De his qui sui iuris sunt uel alieno iuri subiecti. IV—X. Cf. Gai I 48—141. Quae quomodo cohaereant cum superioribus atque olim ab Vlpiano fuerint distributa e

1 preterea *Vat.* postea *P. Faber in not.* consultu *Vat.* consulto *edd.* 2 ei] ei, qui maior triginta annorum manu missus est *coni. Gai I 31 Lachmannus* triennium *Böckingius* uigilis *Vat.* 3 naui *Vat.* naue *ed. princ.* ciuitate romana *Vat.* 4 accepit *Vat.* minore *Vat.* deci̅ *Vat.* (*cf. I 24*). decem *edd.* 5 millium *Schultingius.* milia *Vat. ed. princ.* roma *Vat.* 7 claudi *Vat.* 9 principis *Vat.* 11 certa *omisit Vat.* 12 spuri *Vat.* 14 et *Vat.* 16 Iusto *Vat.* 17 conubium *Vat. semper* tā a masculos *Vat.* 18 pubis *Vat.* pubes *edd.* uiripotens *Turnebus Adu. VII 21* 19 sint *Hugo I. C. A. p. 1604, ut p. 14, 1*

si in potestate sunt. 3 Conubium est uxoris iure ducendae facultas. 4 Conubium habent ciues Romani cum ciuibus Romanis: cum Latinis autem et peregrinis ita, si concessum sit. 5 Cum seruis nullum est conubium. 6 Inter parentes et liberos infinite cuiuscumque gradus sint conubium non est: inter cognatos autem ex transuerso gradu olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant, nunc autem etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum fratris filiam,

Gaio apparet I 48. Ceterum nec inscriptio IIII, nec proxima DE HIS QVI IN POTESTATE SVNT ab Vlpiano interpositae sed, quod Mommseno uidetur, ab excerptore e diuisionibus quas desideramus retentae: cum praesertim V §§ 6 . 7 in collatione sub titulo DE NVPTIIS ex Vlpiano citentur. De nuptiis autem, quas Gaius nulla alia ratione, quam quod inter causas patriae potestatis sunt, attingit (cf. Gai I 56—64), Vlpianus generatim egit, ut postea tit. VI de dotibus. Vid. Böckingii adn. ad syst. tab. et Mommseni disputationem.

Interpolationem excerptoris manu factam Mommsenus agnoscit in additis otiose, ut ipsi uidetur, infinite u. 5, filiam u. 10, ac repositis aut-aut u. 10 pro nec-nec quod est in Coll. Vid. infra.

2 conubiũ* *Vat.* 5 Inter parentes — p. 15, 7 spurii sunt] *Vide Mosaicarum et Romanarum legum Collationem* 'TIT. VI DE INCESTIS NVPTIIS. KAP. II. VLPIANVS LIBRO REGVLARVM SINGVLARI SVB TITVLO DE NVPTIIS' (libro regularum singulari *Ber.* liber singulari *Vind.* libro singulari *Verc.* de nuptiis sub titulo *Ber. Vind.* de nuptiis titulo *Verc. Cf. Schillingius Diss. crit. p. 12 sq.*) 6 infinite *om. Coll.* cuiusque *Verc. Coll.* sint (*siue* sit) *Coll. omisit Vat. edd. Vlp.* 7 cognatos] cogatur *Vind. Verc. Coll.* transuersu *Verc. Coll.* 8 usque ad quartum gradum *om. ed. Pith. Coll.* 9 non poterant] cónpeterant *Vind. Coll.* etiam *om. Coll.* tertio] quarto *Cuiacius in not.* 10 *sqq.* sed tantum fratris filiam, non etiam sororis filiam nec amitam uel materteram, quamuis eodem gradu sit *Cuaciana b.* sed (si *ed. princ.*) tamen fratres (fratris *ed. princ.*) filia non etiã sororis filia aut amita uel matertera quãuis eodẽ gradu sit *Vat. ed. princ.* sed tantum fratris filiam (filia *Ber. Vind. Verc.*), non etiam sororis nec amitam (amita *Vind.*) nec materteram (matertera *Vind. Verc.*) quamuis eodem gradu sint *Collatio. Cf. Cuiacius Obs. XIII 16.* Sed tamen fratris aut sororis filiam nep-

non etiam sororis filiam, aut amitam uel materteram, quamuis eodem gradu sint. eam denique, quae nouerca uel priuigna, uel quae nurus uel socrus nostra fuit, ducere non possumus. 7 Si quis eam quam non licet, uxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit. ideoque liberi in potestate eius non fiunt, sed quasi uulgo concepti spurii sunt.

8 Conubio interueniente liberi semper patrem secuntur: non interueniente conubio matris conditioni accedunt, excepto eo, qui ex peregrino et ciue Romana peregrinus nascitur, quoniam lex Mensia ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem sequi iubet. 9 Ex ciue Romano et Latina Latinus nascitur, et ex libero et ancilla seruus, quoniam, cum his casibus conubia non sint, partus

temue eorum, quamuis eodem gradu sit, amitam uel materteram (.... ducere non possumus) *Cuiacius in notis* 2 eam denique uxorem quae nouerca ... fuit ducere *Hotomanus apud P. Fabrum in not.* eadẽq: uxore nouerca ... fuit ducere *Vat. ed. princ.* eam quae (eamque *Ber.* eaque *Verc.*) nouerca ... fuit, uxorem ducere *Collatio. Cf. Cuiacius Obs. XIII 16.* eamque uxorem quae nouerca ... fuit, ducere *Cuiacius in notis.* uxorem eam, quae nouerca ... fuit, ducere *Hugo 3.* eandem quae nouerca ... fuit, uxorem ducere *Schillingius Diss. crit. p. 35. Cf. Lachmannus*

3 uel quae (que *Ber.* quem *Vind.*) nurus *Coll.* uel nǒrus *Vat.* uel nurus *edd. Vlp.* uel socrus *om. Vind. Coll.* nostra *om. Coll.* 4 ea *Vind. Coll.* 5 incertum *Vind. Verc. Coll.* 6 matrimonio *Verc. Coll.* contrahi *Vind. Verc. Coll.* liberis *Ber. Coll.* potestatem *Verc. Coll.* eis *Ber. Vind. Verc. Coll.* 7 uulgo *** *Vat.* σποράδην *amicus Heimbachii* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 104*) concoepti *Vind. Coll.* spurii *Coll. ed. princ. Vlp.* spěrei *Vat.* sine patre *Schillingius Diss. crit. p. 39* 8 conubiũ ** interuenientẽ *Vat.* 9 secuntur *Vat.* 10 conditione *Vat.* eo] eum *Vat.* qui] quod *Huschkius* 11 qm̃ *** *Vat. in litura fortasse* odo *fuit* Mensia] Aelia Sentia *Puchta* (*Cursus d. Institutionen II p. 475 ed. 4*) 12 nato *Vat.* deteriores parentes conditione *Vat.*

sequitur matrem. 10 In his, qui iure contracto matrimonio nascuntur, conceptionis tempore disceptatur: in his autem, qui non legitime concipiuntur, editionis: uel uti si ancilla conceperit, deinde manu missa pariat, liberum parit: nam quoniam non legitime concepit, cum editionis tempore libera sit, partus quoque liber est.

VI DE DOTIBVS

1 Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur. 2 Dotem dicere potest mulier, quae nuptura est, et debitor mulieris, si iussu eius dicat: item parens mulieris uirilis sexus, per uirilem sexum cognatione iunctus, uelut pater, auus paternus. Dare, promittere dotem omnes possunt.

3 Dos aut profecticia dicitur, id est quam pater mulieris dedit, aut aduenticia, id est ea quae a quouis alio data est.

4 Mortua in matrimonio muliere dos a patre profecta ad patrem reuertitur, quintis in singulos liberos in infinitum relictis penes uirum. quodsi pater non sit, apud maritum remanet. 5 Aduenticia autem dos semper penes maritum remanet,

VI DE DOTIBVS] De dotibus, quas Gaius non tetigit hoc loco, plene disputat Vlpianus, ita quidem ut locus de patria potestate parum conuenienter interrumpatur. Cf. Schillingius Animadu. spec. I.

1 sequi *Vat.* contractu matrimoniũ *Vat.* 2 tempore.disceptatur *Lachmannus.* tẽpore exceptat̃ *Vat.* tempus spectatur *ed. princ.* tempus expectatur *Schillingius* 3.6 legitimae *Vat.* 5 quoniam (qm̃) *Vat. ed. princ.* quamuis *ed. cum not. Cui. Fabrot.*, *corr. Cuiacius in not. post.* quemadmodum *Cuiaciana b* 9 dox *Vat. semper, ut semel monuisse sufficiat* pro*mittit *Vat.* 11 item *Aleander in Gai Epit. II 9, 3. Schillingius Diss. crit. p. 7 sq. Animadu. II p. 62 sq.* institutus *Vat. ed. princ.* 15 aut̃ *Vat.* ea quam *Hugo I. C. A. p. 1604* 16 que *Vat.* 18 muliere *** dox *Vat.* 20.22 paenes *Vat.* 21 rémanet *Vat.*

praeter quam si is qui dedit, ut sibi redderetur, stipulatus fuit: quae dos specialiter recepticia dicitur.

6 Diuortio facto, siquidem sui iuris sit mulier, ipsa habet actionem, id est dotis repetitionem, quodsi in potestate patris sit, pater adiuncta filiae persona habet actionem: nec inter est aduenticia sit dos, an profecticia. 7 Post diuortium defuncta muliere heredi eius actio non aliter datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

8 Dos si pondere, numero, mensura contineatur, annua, bima, trima a die redditur: nisi si ut praesens reddatur, conuenerit. reliquae dotes statim redduntur.

9 Retentiones ex dote fiunt aut propter liberos, aut propter mores, aut propter inpensas, aut propter res donatas, aut propter res amotas.

10 Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris, cuius in potestate est, diuortium factum sit: tunc enim singulorum liberorum nomine

§ 9 aut propter liberos] Haec Mommseno uidetur excerptor consulto propter legem Constantini (cf. ad tit. XIII) omisisse. Cf. I 17 not. In quo ego cum ceteris malui librarii incuriam agnoscere. Vide infra.

1 *Fortasse* reddatur *et statim* fuerit *uel* sit. *Cf. u. 12* 2 fuerit *Hugo I. C. A. p. 1004.* sit *Bluntschelius* 4 actionem *ed. princ.* actione *Vat.* actionem rei uxoriae *Hugo* (*Ciu. Mag. IV 395*), *et simul proximis* id est dotis repetitionem *resectis olim P. Faber in not.* id est] ad *Schillingius* 5 adiuncta *edd. cum not. Cui.* adiunctae *Vat. ed. princ.* 6 actionem *P. Faber.* actionem reuera *Vat. ed. princ.* actionem rei uxoriae *Cuiacius in notis.* rei uxoriae *eieci ut glossema: sed uide Schillingium* aduentitia *Vat.* 8 mulierem *Vat.* 10 numerũ *Vat.* 11 annuabi matrima adie *Vat.* annua bima trima die *ed. princ. Cf. VI 13* redditur *Hugo* (*Ciu. Mag. IV 396*). reddetur *Vat. ed. princ.* nisi si *ed. princ.* nisi [si] *Vat.* nisi *Böckingius* 12 relique *Vat.* 14 Retenteones *Vat.* aut propter liberos *ed. princ. inclin. litt. Cuiaciana b.* omisit *Vat. Vide supra*

sextae retinentur ex dote: non plures tamen quam tres. sextae in retentione sunt, non in petitione.

11 Dos quae semel functa est, amplius fungi non potest, nisi aliud matrimonium sit.

12 Morum nomine, grauiorum quidem sexta retinetur, leuiorum autem octaua. grauiores mores sunt adulteria tantum, leuiores omnes reliqui. 13 Mariti mores puniuntur in ea quidem dote, quae a die reddi debet, ita ut propter maiores mores praesentem dotem reddat, propter minores senum mensum die. in ea autem, quae praesens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote, quae triennio redditur, repensatio facit.

1 sexte *Vat.* 1 *sqq. Verba distinxit post Hugonem (Ciu. Mag. IV 396 sq.) Heimbachius (über Vlp. Fragm. p. 25 sq.) Cf. Leipz. Repert. 1843 III p. 104.* tres sexte in retentione sunt. non in petitione dox *Vat.* tres sextae in retentione sunt; non in petitione. Dos *ed. princ.* tres sextae in retentione sunt. nam in petitione dos *Klenzius: quo de uide Lachmannum, et ipsum Klenzium (Zeitschr. f. gesch. R. W. IX 231 sq.).* tres. sextae in retentione sunt, nec ea retentione dos ... fungi potest *Huschkius.* tres. sextae ... petitione. nam dos *secundum Lachmannum Böckingius. Vide etiam Schillingium (Bemerk. üb. R. R. G. p. 371)* 4 aliud *ed princ.* alium *Vat., Lachmannus* 5.6 sexta retinetur *Cuiacius Obs. XIX 30.* sextae (sexte *Vat.*) retinentur *Vat. ed. princ.* 6 aūt *Vat. Cuiacius in notis. Cuiaciana b.* item *ed. princ.* octauae *Cuiacius in not.* grauioris ** moris *Vat.* 7 adulteria *ed. princ.* adulterio *Vat.* adulterium *prop. Böckingius* 8 moris *Vat.* a die *Vat. ed. princ. prob. P. Faber in not.* annua bima trima die *Cuiacius in notis.* annua die *Idem Obs. VII 20. Vtrum* a die *an* ad diem *an* die *uerum sit addubitat Lachmannus.* ad diem *Mommsenus. Cf. VI 8* 9 ita ut *Schillingius.* Ita *Vat. ed. princ. quod eicit Cuiacius in not.* maiores (e *corr. ex* i) *Vat.* 10 reddat *Vat.* reddit *ed. princ.* 13 quae triennio *Hugo 2.* quadriennio *Vat. ed. princ.* triennio *Schultingius* repensatio *Vat. Cuiaciana b.* * repensatio *ed. princ.* quod repraesentatio *ed. cum not. Cui. Fabrot.* 'Al. quod repensatio.' *Cuiacius in not. post. Cf. Gloss. Philox. s. u., Lachmannus*

14 Inpensarum species sunt tres: aut enim necessariae dicuntur, aut utiles, aut uoluptuosae. 15 Necessariae sunt inpensae, quibus non factis dos deterior futura est, uelut si quis ruinosas aedes refecerit. 16 Vtiles sunt, quibus non factis quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuosior effecta est, uel uti si uineta et oliueta fecerit. 17 Voluptuosae sunt, quibus neque omissis deterior dos fieret, neque factis fructuosior effecta est: quod euenit in uiridiariis et picturis similibusque rebus.

VII DE IVRE DONATIONVM INTER VIRVM ET VXOREM

1 Inter uirum et uxorem donatio non ualet, nisi certis ex causis, id est mortis causa, diuorti causa, serui manu mittendi gratia. Hoc amplius prin-

§ 17] Desiderantur in extremo titulo hae duae retentiones, quae fiunt propter res retentas et propter res amotas: quas Mommsenus suspicatur breuiatoris taedio resectas esse. Quod contra Böckingius huc pertinere proximi tituli §§ 1 et 2 arbitratur; quibus retentionibus postrema ea quae VII 3 contineatur propter negotia uxoris gesta addenda sit. Cf. Böckingii tab. syst. cum adn. Itaque excerptor credendus est non nisi disputationis quasi suturas soluisse ordinemque enarrationis inepte interposita inscriptione turbasse.

VII DE IVRE DONATIONVM INTER VIRVM ET VXOREM] Hanc inscriptionem non uno nomine cum Schillingio Mommsenoque credibile est ex breuiatoris officina profectam esse. Nam et praeter consuetudinem harum Regularum de iure donationum dicitur, cum de donationibus esse deberet, neque conuenit omnino eius tituli argumento, cuius duae tantum sententiae priores ad ius donationum pertineant.

1 Repensarum *Vat.* 2 utilis *Vat.* uoluptuose *Vat.* 3 inpense *Vat.* 4 est] esset *Hugo I. C. A. p. 1604* 6 fieret *Marezollius* (*Hugo 4*) fructuosior *Vat. Cuiaciana b.* fructuosior dos *ed. princ.* 8 uoluptuose *Vat.* 9 fuerit *Cuiacius in not.* fructior *Vat.* 10 quae *Vat.* uiridiariis *Vat. cod. Tilii t. Cui. l. i. c. Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* uiridariis *ed. princ. Cf. Cuiacius in not.* picturis *Cuiacius in not. et in mrg. Cuiacianae a.* pictoris *Vat. cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28. Cuiaciana b.* pictoriis *ed. princ.* tectoriis *Cuiacius Obs. VI 37* 15 id est *Vat. Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* omisit *ed. princ.*

cipalibus constitutionibus concessum est mulieri, in hoc donare uiro suo, ut is ab imperatore lato clauo uel equo publico similiue honore honoretur.

2 Si maritus diuortii causa res amouerit, rerum quoque amotarum actione tenebitur.

3 Si maritus pro muliere se obligauerit uel in rem eius inpenderit, diuortio facto eo nomine cauere sibi solent stipulatione tribunicia.

4 In potestate parentum sunt etiam hi liberi, quorum causa probata est, per errorem contracto matrimonio inter disparis conditionis personas: nam seu ciuis Romanus Latinam aut peregrinam uel eam, quae dediticiorum numero est, quasi ciuem Romanam per ignorantiam uxorem duxerit, siue ciuis Romana per errorem peregrino uel ei, qui dediticiorum numero est, aut quasi ciui Romano aut

§ 4] Nuptiis (V 4—10) ac dotibus (VI—VII 3) plenius quam loco de patria potestate conueniret pertractatis, ad hoc argumentum redit Vlpianus atque inter patriae potestati subiectos post a) liberos iusto

2 donaré *Vat.* his *Vat.* 3 ornetur *Lachmannus* 4 si maritus (si m *in litura*) *Vat. ed. princ.* maritus *aut deleri aut pro eo reponi* mulier *iubet Mommsenus* amouerit *Schultingius.* mouerit (rit *in litura*) *Vat. ed. princ.* 8 solent *Vat. Cuiaciana b.* solet *ed. princ.* 9 hi *Vat. Cuiaciana b.* ii *ed. princ.* 10 quorum nomine causa *Hollwegius de caus. prob. p. 42* contractu *Vat.* 11 disparis conditionis personas *Cuiacius in not. et in marg. Cuiacianae a.* dispares condignis psonarū *Vat.* dispares condignis personas *ed. princ. Cuiaciana b* (*sed* condicione *in marg.*). '*Veter.* personarum. *Lege* dispares condiciones personarum.' *Cuiacius in not. post.* 12 ciues *Vat.* 13 numerū *Vat.* quasi ciuem Romanam *Schiltingius* (*conl. Gai I 67*). quasi *Vat. ed. princ.* quasi ciuem *post P. Fabrum Cuiacius Obs. VI 37 et in marg. Cuiacianae b.* per ignorantiam quasi ciuem *P. Faber in not.* 16 numerū *Vat.* aut quasi ciui Romano *Lachmannus. omisit Vat. ed. princ.* quasi ciui *Hugo I. C. A. p. 1604.* tamquam c. R. *Göschenus in Gai l. c.* quasi ciui Romano *Hollwegius l. s. c. Cf. Gai I 68* '*item si ciuis Romana per errorem nupta sit peregrino tamquam ciui Romano -- idem iuris est si peregrino tamquam Latino ex lege Aelia Sentia nupta sit.*'

etiam quasi Latino ex lege Aelia Sentia nubta fuerit, causa probata ciuitas Romana datur tam liberis quam parentibus, praeter eos, qui dediticiorum numero sunt: et ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

VIII DE ADOPTIONIBVS

1 Non tantum naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptiui. 2 Adoptio fit aut per populum, aut per praetorem uel praesidem prouinciae. Illa adoptio, quae per populum fit, specialiter arrogatio dicitur. 3 Per populum, qui sui iuris sunt, arrogantur, per praetorem autem filii familiae a parentibus dantur in adoptionem. 4 Arrogatio Romae dum taxat fit, adoptio autem etiam in prouinciis apud praesides. 5 Per praetorem uel praesidem prouinciae adoptari tam masculi quam feminae, et tam puberes quam inpuberes possunt: per populum uero Romanum feminae quidem non arrogantur: pupilli autem olim

matrimonio natos (V 1) refert b) eos liberos quorum causa probata est. Cf. Gai I 65—96. c) adoptiuos liberos. Quare VIII DE ADOPTIONIBVS. Cf. Gai I 97—107.

1 quasi *Vat.* si *ed. princ.* Iunia *Cuiacius in not.* nubta *Vat.* si Latino nupta fuerit, ex lege Aelia Sentia causa *P. Pithoeus in Coll. Mos. et Rom. leg. XVI 2. P. Faber in not. Cf. Cuiacius Obs. XV 13 et not. post.*
2 Romana datur *Böckingius.* reddať *Vat.* redditur *ed. princ.*
4 numerũ *Vat.* 10 prouintiae *Vat.* 13 adoptione *Vat.* 14 dum taxat *Lachmannus (cf. XXII 32).* data *Vat.* tantum *ed. princ.* lege lata *Huschkius* 15 prouinciis *Böckingius (cf. I 13ª).* prouincia *Vat. ed. princ. Cf. Lachmannus* praesides *Cuiaciana b.* praesidis *Vat.* praesidem *ed. princ.* 16 prouintię *Vat.* 19 quidem non *ed. princ.* non (*superscr. ead. ut uid. manu* quidem) *Vat.* quidem *post Hugonem I. C. A. p. 1604 eici iubet Mommsenus* arrogantur *Cuiacius in notis.* arrogant *Vat. ed. princ. Cf. I. F. Gronouius in Liuii XXXIX 19* autem olim quidem *Schillingius (conl. V 6).* aũt quidem *Vat.* antea quidem *ed. princ.* autem quondam *Cuiaciana b.* olim quidem *Hugo 5 praef.* ante quidem *Mommsenus*

quidem non poterant arrogari, nunc autem possunt ex constitutione diui Antonini. 6 Hi qui generare non possunt, uelut spado, utroque modo possunt adoptare. idem iuris est in persona caelibis. 7 Item is qui filium non habet, in locum nepotis adoptare potest. 8 Si pater familiae arrogandum se dederit, liberi quoque eius quasi nepotes in potestate fiunt arrogatoris. 8[a] Feminae uero neutro modo possunt adoptare, quoniam nec naturales liberos in potestate habent.

VIIII DE HIS QVI IN MANV SVNT

Farreo conuenitur in manum certis uerbis et testibus X praesentibus et sollemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.

X QVI IN POTESTATE MANCIPIOVE SVNT QVEM ADMODVM EO IVRE LIBERENTVR

1 Liberi parentum potestate liberantur emancipatione, id est si postea quam mancipati fuerint,

VIIII DE HIS QVI IN MANV SVNT] Capiti de his qui in potestate sunt (V—VIII), quo disputatio de personis alieno iuri subiectis absolueretur, addi debebant duo de MANV et MANCIPIO (cf. Gai I 116—123) capita: quorum quod uestigium tantum (tit. VIIII) in hac epitoma residuum est, eius rei certum excerptoris consilium Mommsenus indagauit. Mancipium enim, quod ius iam non extare nisi dicis causa in emancipatione breuiator nouisset, resecuit omnino. Tituli autem de manu et inscriptionem reliquit, et cum tres ritus essent usus (cf. Gai I 111), confarreationis (Gai I 112), coemptionis (Gai 113—115 b), confarreationem quidem recepit, quam nouo iure a manu seiunctam esse ex ipso Vlpiano ut uidetur didicerat. Cf. Gai lacinias I 136.
X QVI IN POTESTATE MANCIPIOVE SVNT QVEM ADMODVM EO IVRE LIBERENTVR] Vlpianus haud dubie MANV MANCIPIOVE

2 Antonini Pii *Hugo 2*, *Kämmererus* (*Beitr. z. Gesch. u. Theor. d. R. R. I p. 38*) 4 potest *Vat.* celibis *Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* celebis *Vat.* coelibe *ed. princ.* 5 nepotes adoptaré *Vat.* 8 *Distinxit* (*8[a]*) *Hugo 2* 11 qui] quae *Schultingius* 12 farreo *Vat. Cuiaciana b.* farre *ed. princ.* 14 panes quoq; farreos *Vat.* 15 manu mancipioue *Schillingius* quémadmodũ *Vat.*

manu missi sint. sed filius quidem ter mancipatus, ter manu missus sui iuris fit: id enim lex duodecim tabularum iubet his uerbis SI PATER FILIVM TER VENVM DABIT, FILIVS A PATRE LIBER ESTO. ceteri autem liberi praeter filium, tam masculi quam feminae, una mancipatione manu missioneque sui iuris fiunt. 2 Morte patris filius et filia sui iuris fiunt: morte autem aui nepotes ita demum sui iuris fiunt, si post mortem aui in potestate patris futuri non sunt, uelut si moriente auo pater eorum aut iam decessit aut de potestate dimissus est: nam si mortis aui tempore pater eorum in potestate eius sit, mortuo auo in patris sui potestate fiunt. 3 Si patri uel filio aqua et igni interdictum sit, patria potestas tollitur, quia peregrinus fit is, cui aqua et igni interdictum est, neque autem peregrinus ciuem Romanum, neque ciuis Romanus peregrinum in potestate habere potest. 4 Si pater ab hostibus captus sit, quamuis seruus hostium fiat, tamen cum reuersus fuerit, omnia pristina iura recipit iure postliminii. sed quam diu aput hostes est, patria potestas in filio eius interim pendebit, et cum reuersus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit, si uero ibi decesserit, sui iuris filius erit. Filius quoque si captus fue-

scripserat, quod tamen non recte Böckingius Schillingio auctore nunc in textum recepit. Omisit enim manum breuiator suo consilio, cum et ante de manu fere nihil, de mancipio nihil dixisset. Mancipium autem quod reliquit in inscriptione, hoc eius neglegentiae tribuendum est: titulus enim ipse non nisi de soluenda potestate agit. Cf. Gai I 124—136. De soluenda manu mancipioque uide eundem I 137—141.

2 terque *Schillingius* id enim *ed. princ.* idem *Vat. cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28* 4 uenundabit *post Turnebum Adu. VII 21 Lachmannus.* uenundauit *Vat. ed. princ.* uenum duuit *Cuiacius in not. post.* uenumduit *Schultingius* esto] ē. (*i. e.* esto) *Vat.* 11 iam *ed. princ.* (*Cf. Lachm. in Gai I 127*). etiam *Vat.* 16 ne*que *Vat.* 21 recepit *Vat.* 22 aput *Vat.*

rit ab hostibus, similiter propter ius postliminii patria potestas interim pendebit. 5 In potestate parentum esse desinunt et hi, qui flamines Diales inaugurantur, et quae uirgines Vestae capiuntur.

XI DE TVTELIS

1 Tutores constituuntur tam masculis quam feminis: sed masculis quidem inpuberibus dum taxat propter aetatis infirmitatem, feminis autem tam inpuberibus quam puberibus et propter sexus infirmitatem et propter forensium rerum ignorantiam.

2 Tutores aut legitimi sunt, aut senatus consultis constituti, aut moribus introducti.

3 Legitimi tutores sunt, qui ex lege aliqua

XI DE TVTELIS] C. De his qui uel in tutela uel in curatione sunt. XI. XII. Cui disputationi Gaius I 142 hoc modo praefatur: 'Transeamus nunc ad aliam diuisionem. nam ex his personis, quae neque in potestate neque in manu neque in mancipio sunt, quaedam uel in tutela sunt uel in curatione, quaedam neutro iure tenentur. Videamus igitur, quae in tutela uel in curatione sint; ita enim intellegemus ceteras personas, quae neutro iure tenentur.' Ac similis apud Vlpianum partium diuisio breuiatoris culpa desideratur. Nam in epitoma quoque 1) DE TVTELIS (XI. cf. Gai I 143—196): 2) DE CVRATORIBVS (XII. cf. Gai I 197—200) agitur.

In hoc titulo Vlpianus non semper Gaianarum institutionum ordinem secutus est. Vide Böck. tab. syst. cum adn. Etenim proposito quinam in tutela sint (§ 1), genera tutorum discernit (§ 2), singulatimque 1) legitimos (§§ 3—20), 2) senatus consultis constitutos (§§ 20—23), et 3) moribus introductos (§ 24) tutores persequitur. Ac legitimorum rursus secernit a) qui ex lege XII tutores sunt (agnati patroni) (§§ 3—13); b) testamento datos eadem lege XII confirmatos (§§ 14—17); c) a magistratu constitutos ex legibus Atilia, Iulia et Titia, Iunia et Iulia de maritandis ordinibus (§§ 18—20). Contra Gaius, qui I 188 nolle se in certa genera tutelas discernere profitetur, per haec tria genera argumentum de tutoribus tractauit: a) tutela testamento data I 144—54; b) legitima tutela agnatorum et patronorum I 155—172; c) a magistratibus instituta tutela I 173—187.

3 flaminis diualis *Vat.* 4 uirginis ueste *Vat.* 8 pptér aetates *Vat.* 9 tam *omisit Vat.* tam puberibus quam inpuberibus *Huschkius.* Hysterologiam *quandam notauit olim Schultingius. Cf. XXII 14. XXVIII 3* 10 *sqq.* ignorati atutoris *Vat.* 12 aut legitimi *Vat. Cuiaciana b.* autem legitimi *ed. princ.* senatis *Vat.* 14 qui *omisit Vat.*

descendunt, per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim tabularum introducuntur, seu palam, quales sunt agnati, seu per consequentiam, quales sunt patroni. 4 Agnati sunt a patre cognati uirilis sexus, per uirilem sexum descendentes, eiusdem familiae, uel uti patrui, fratres, filii fratris, patrueles. 5 Qui liberum caput mancipatum sibi uel a parente uel a coemptionatore manu misit, per similitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur. 6 Legitimi tutores alii tutela in iure cedere possunt. 7 Is cui tutela in iure cessa est, cessicius tutor appellatur: qui siue mortuus fuerit, siue capite minutus, siue alii tutela porro cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela. sed et si legitimus decesserit aut capite minutus fuerit, cessicia quoque tutela extinguitur. 8 Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessicia tutela non procedit, quoniam permissum erat in iure cedere tutela feminarum tantum, non etiam masculorum: femi-

§§ 3.4 Legitima tutela agnatorum et patronorum. Cf. Gai I 155—157. 165. § 5 Fiduciarius tutor. Cf. Gai I 166. §§ 6—8 Cessio tutelae legitimae. Cf. Gai I 168—172.

§ 8 lex Claudia sustinet] Haec excerptorem iam ita scripta in integro suo Regularum codice repperisse suspicatur Mommsenus: quae

3 palam *scripsi*. p palam *Vat.* propalam *edd.* 3.4 agniti *Vat.* 5 uiriles *Vat.* 6 patrui fratres filii fratris patruelis *Vat. ed. princ.* fratres, filii fratris, patrui, patrueles *Charondas*. patrui, fratres patrueles, filii fratris patruelis *Cuiacius in not.* 8 a coemptionatore *Hugo 4* (*cf. Gai I 166*). aquo emptia natore *Vat.* a quoemptionatore *Cuiaciana b.* a coemptore *ed. princ.* 11 tutelam *Hugo 3* 12 cessa *ed. cum not. Cui. Fabrot.* concessa *Vat. ed. princ.* cessitius *Turnebus Adu. VII 21* (*Cf. Gai I 169. 170*). cessieus *Vat. ed. princ.* 14 tutelam *Hugo 3* porro eesserit *Heisius* (*Hugo I. C. A. p. 1604*). pcesserit *Vat. Cuiaciana b.* cesserit *ed. princ.* 18 hodie cessitia tutela *ed. princ.* o diecessi atutela *Vat.* hodie cessio tutelae *Schiltingius* 19 tutelam *Hugo 3*

narum autem legitimas tutelas lex Claudia sustulit, excepta tutela patronorum.

9 Legitima tutela capitis diminutione amittitur. 10 Capitis diminutionis species sunt tres, maxima, media, minima. 11 Maxima capitis diminutio est, per quam et ciuitas et libertas amittitur, uel uti cum incensus aliquis uenierit, aut quod mulier alieno seruo se iunxerit, denuntiante domino eius ancilla facta fuerit ex senatus consulto Claudiano. 12 Media capitis diminutio dicitur, per quam sola ciuitate amissa libertas retinetur: quod fit in eo, cui aqua et igni interdicitur. 13 Minima capitis diminutio est, per quam et ciuitate et libertate salua status dum taxat hominis mutatur: quod fit adoptione et in manum conuentione.

14 Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege duodecim tabularum his uerbis VTI LEGASSIT, SVPER PECVNIA TVTELAVE,

quoniam ille non recte capiebat, praeter morem aboliti iuris notitiam reliquit. §§ 9—13 Amissio tutelae legitimae (agnatorum). Capitis diminutio. Cf. Gai I 158—163.

1 sustulit *Cuiacius in notis*. (*Cf. Gai I 171*). sustinet *Vat. ed. princ.* 2.3 sustinet. excepta t. patronorum. Legitima *Vat.* sustinet. Excepta t. patronorum, legitima *ed. princ. Correxit distinctionem Schultingius* 4 diminutionis *Hugo 5 praef.* minutionis *Vat. ed. princ.* 7 uenierit *ed. princ.* uenerit *Vat. Cuiaciana b* qđ (quod) *Vat. Cuiaciana b.* cum *ed. princ.* 9 eius *Huschkius.* et *Vat. ed. princ.* 14 homines *Vat.* 15 manu conditioné *Vat.*

16 tutoris *Vat.* tutores dati nominatim *Hugo L. C. A. p. 1605* 17 eadē legē duodécim *Vat.* 18 pecunia tutelaue *ed. princ.* pecunia tutelabae *Vat.*, *in quo latere fortasse* pecuniae tutelaeue *post alios Huschkius adnotauit* (*Rhein. Mus. f. Iurispr. VII 67*). *De* super *cum genet. cf. Rudim. Inst. gramm. II 235 Stallb. In lege ipsa ante* pecunia *additum fuisse* familia (*cf. Cic. de inu. II 50, 148. Ad Herenn. I 13, 23*) *post Cuiacium et alios* (*cf. Dirksenus Zwölftaf. Fragm. p. 337 sq. 342*) *Huschkius l. c. demonstrauit: quam uocem tamen Böckingius non debuit in textum Vlpiani inferre. Cf. Heimbachius* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 104*)

SVAE REI, ITA IVS ESTO: qui tutores datiui appellantur. 15 Dari testamento tutores possunt liberis, qui in potestate sunt. 16 Testamento tutores dari possunt hi, cum quibus testamenti faciendi ius est, praeter Latinum Iunianum: nam Latinus habet quidem testamenti factionem, sed tamen tutor dari non potest: id enim lex Iunia prohibet. 17 Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam: sed si abdicauerit se tutela, desinit esse tutor: abdicare autem est dicere nolle se tutorem esse. in iure cedere autem tutela testamento datus non potest: nam et legitimus in iure cedere potest, abdicare se non potest.

18 Lex Atilia iubet mulieribus pupillisue non habentibus tutores dari a praetore et maiore parte tribunorum plebis, quos tutores Atilianos appellamus. sed quia lex Atilia Romae tantum locum habet, lege Iulia et Titia prospectum est, ut in prouinciis quoque similiter a praesidibus earum dentur tutores. 19 Lex Iunia tutorem fieri iubet Latinae uel Latini inpuberis eum, cuius etiam ante

§§ 14—17 Testamento dati tutores. Cf. Gai I 144—154.
§§ 18—24 Ex uariis legitimis causis a magistratu dati uel petiti tutores. Cf. ad tit. XI et Gai I 173—187.

1 suae rei *datiuum esse* (legassit *i. e.* legem dixerit suae rei) *ostendit Schillingius* (*Bemerk. üb. R. R. G. p. 97*) dauiti *Vat.* 2 tutoris *Vat.* 4 testaménti *Vat.* 6 téstamenti factione *Vat.* 11 ēē. In iure. cedere aūt *Vat.* esse in iure. Cedere autem *ed. princ.* esse. In iure autem cedere *Cuiacius in not.*, 12 tutelam *Böckingius* 13 nam et] tametsi *Mommsenus* 16.17 tutoris *Vat.* 17 plebes *Vat.* 19 '*fortasse* habebat.' *Böckingius* 20 prouinciis quoque *Charondas.* prouincia quoque *Vat. ed. princ.* prouincia quaque *Marezollius* (*Hugo I. C. A. p. 1605*). *Cf. VIII 4* 21 tutore *Vat.* 22 latinae *Vryhoffius Obs. iur. ciu. c. 31 p. 154*, *Vat.* Latino *ed. princ.* Latini inpuberis *Lachmannus.* latinis inpuberib: *Vat. ed. princ.* euius *Vat. Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* qui *ed. princ.*

manu missionem ex iure Quiritium fuit. 20 Ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor datur a praetore urbis ei mulieri uirginiue, quam ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam promittendamue, si legitimum tutorem pupillum habeat. sed postea senatus censuit, ut etiam in prouinciis quoque similiter a praesidibus earum ex eadem causa tutores dentur. 21 Praeterea etiam in locum muti furiosiue tutoris alium dandum esse tutorem ad dotem constituendam senatus censuit. 22 Item ex senatus consulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest, praeter quam si patronus sit, qui abest: nam in locum patroni absentis tutor aliter peti non potest, nisi ad hereditatem adeundam et nuptias contrahendas. idemque permisit in pupillo patroni filio. 23 Hoc amplius senatus censuit, ut si tutor pupilli pupillaeue suspectus a tutela submotus fuerit uel etiam iusta de causa excusatus, in locum eius alius tutor detur.

1 ex iure *ed. princ.* qui ius *Vat.* ius *Cuiacius in not. post.* qui (*i. e.* quis) iure *Mommsenus.* cuiusque ius *Huschkius* fuerunt *siue* fuerint *Schillingius. Cf. Gai I 167 'set Latinarum et Latinorum inpuberum [tutelae non] ad . . . pertinet, sed ad eos quorum ante manu missionem ex iure Quiritium [fuerunt].'* 3 urbis] urbano *prop. Schultingius ut p. 29, 5* 5 promittendãue *Vat.* 6 pupillum *Vat. Cuiaciana b. cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28.* pupilla non *ed. princ.* illa non *P. Faber in not.* non *Cuiacius in not.* 7 prouinciis quoque *Charondas.* prouintia quoque *Vat. ed. princ.* prouincia quaque *Marezollius. Vide p. 27, 20* similiter *Vat.* 8 preterea *Vat.* 9 alium *prop. Hugo 4.* alterum *Vat. ed. princ.* 13 absentes *Vat.* 14 tutor aliter *scripsi.* alter (*superscr.* i *m. pr.*) *Vat.* (*cf. Lachm.*). alter *ed. princ.* alius tutor *Huschkius* 15 contraendas *Vat.* 16 pupillo, *quod demi iusserat Cuiacius in not., idem retineri uult Obs. XVII 28* 17 pupilleue *Vat.* 18 tutella *Vat.* 19 eius alius tutor detur *scripsi.* eius tutor alius *Vat.* eius tutor alius detur *ed. princ.* eius detur alius *Marezollius* (*Hugo I. C.*

24 Moribus tutor datur mulieri pupilloue, qui cum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere uult, ut auctore eo agat (ipse enim tutor in rem suam auctor fieri non potest): qui praetorianus tutor dicitur, quia a praetore urbis dari consueuit.

25 Pupillorum pupillarumque tutores et negotia gerunt et auctoritatem interponunt: mulierum autem tutores auctoritatem dumtaxat interponunt.

26 Si plures sunt tutores, omnes in omni re debent auctoritatem accommodare, praeter eos qui testamento dati sunt: nam ex his uel unius auctoritas sufficit.

27 Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus quidem in his rebus: si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si ciuile negotium gerant, si libertae suae permittant in contubernio alieni serui morari, si rem mancipi alienent. pupillis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

28 Liberantur tutela masculi quidem pubertate: puberem autem Cassiani quidem eum esse dicunt, qui habitu corporis pubis apparet, id est

§ 25] Hinc duo de tutela loci tractantur, ab Gaio et Vlpiano in extremo capite positi, qui sunt: 1) de auctoritate tutorum §§ 25—27. Cf. Gai I 189—193. 2) de finienda tutela §§ 28—28[a]. Cf. Gai I 194. 196.

A. p. 1605). eius detur tutor alius *mauult Böckingius. Cf. Gai I 182 'si tutor ... remotus sit in locum eius alius tutor* [*detur*].' 4 praetorius (*ut est Gai I 184. § 3 I. de auct. tut. I 21 et paraphr. Theophili in h. l.*) *prop. post P. Fabrum in not. Io. Cannegieterus. Cf. Hugo I. C. A. p. 1605* 5 dieetur *Vat.* qui a *Vat.* urbis] *Vid. p. 28, 3* 7 et autoritatem (c above) *Vat.* 10 auctoritate a cõmodare *Vat.* testamento *Cuiacius in notis.* tunc *Vat. ed. princ.* 13 auctoritas * necessaria *Vat.* 14 reb: *Vat.* 17 rem mancipi *Cuiaciana b. cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28.* rem mancipia *Vat.* mancipia *ed. princ.* 19 auctoritatẽ *Vat. Fortasse* alienationem tutoris auctoritate 22 habito *Vat.* pubis *Vat.* pubes *edd.*

qui generare possit: Proculeiani autem eum, qui quattuordecim annos expleuit: uerum Priscus eum puberem esse putat, in quem utrumque concurrit et habitus corporis et numerus annorum: 28.[a] feminae autem tutela liberantur.

XII DE CVRATORIBVS

1 Curatores aut legitimi sunt, id est qui ex lege duodecim tabularum dantur, aut honorarii, id est qui a praetore constituuntur. 2 Lex duodecim tabularum furiosum, itemque prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agna-

§ 28[a]] Mommsenus in extremo titulo iure liberorum consulto ab excerptore omissum esse arbitratur. Cf. I 17 et VI 9 not. Vide Gai I 194 'tutela autem liberantur ingenuae quidem trium [liberorum iure, libertinae uero quattuor].' Sed nescio an librarii potius delicto pone liberantur propter litterarum similitudinem haec liberoꝝ iure extrita sint.

XII DE CVRATORIBVS] Cf. Gai I 197—200. Vlpianus legitimos (§ 2) et honorarios (§§ 3. 4) curatores discernit: quorum apud Gaium non nisi posteriores tanguntur: 197. 198. De satis datione (tutorum et) curatorum, qua de Gai I 199. 200, num Vlpianus hic addiderit quaedam, a breuiatore resecta, in ambiguo est: magis etiam num de finienda curatione, quam ne Gaius quidem tetigit, hoc loco egerit Vlpianus. Cf. Böck. syst. tab. cum adn. In curationibus autem apud Gaium prima Institutionum pars, quae est de iure quod ad personas pertinet, finitur: non item apud Vlpianum.

1 possit *Vat. Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* potest *ed. princ. Cf. Gai I 196 'puberem... eum esse putant, qui habitu corporis pubertatem ostendit, hoc est, qui generare potest.'* Proculeiani *cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28 (Cf. idem in not. post. et in Comm. ad l. 2 § 47 D. de or. iur. I 2).* Procoleiani *Vat. Cuiaciana b.* Proculeii *ed. princ.* Proculiani *Mascouius Diatr. de sect. Sabin. et Procul. p. 65. Cf. Dirksenus (Beitr. z. Kunde d. R. R. p. 20)* 2 explebit *Vat.* uerum Priscus eum *ed. princ.* uerũ priscus cũ *Vat.* nerum Priscus existimauit (*cf. Göscheni Ind. sigl. p. CL*) *Huschkius.* Neratius Priscus eum *Bluntschelius.* Neratius autem Priscus eum *prop. Hugo 5 praef. Iauolenum dici monet Donellus Comm. III 14, 5. Kämmererus (Beitr. z. Gesch. u. Theor. d. R. R. VI p. 245 sqq.). Cf. Heimbachius (Leipz. Repert. 1843 III p. 105).* uerum plerisque uisum est eum *Schillingius* 3 putat *addidi. omisit Vat. edd.* 11 agnatorũ *Vat.*

torum. 3 A praetore constituitur curator, quem ipse praetor uoluerit, libertinis prodigis, itemque ingenuis, qui ex testamento parentis heredes facti male dissipant bona: his enim ex lege curator dari non poterat, cum ingenuus quidem non ab intestato, sed ex testamento heres factus sit patri: libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui nec patrem habuisse uidetur, cum seruilis cognatio nulla sit. 4 Praeterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubis factus idonee negotia sua tueri non potest.

XIII DE CAELIBE ORBO ET SOLITARIO PATRE

1 Lege Iulia prohibentur uxores ducere senatores quidem liberique eorum libertinas et quae ipsae quarumue pater materue artem ludicram fecerit: (2) ceteri autem ingenui prohibentur du-

XIII DE CAELIBE ORBO ET SOLITARIO PATRE] Primae Regularum partis quae est DE IVRE PERSONARVM disputationem quartam Vlpianus adfecit D. de caelibe orbo et solitario patre secundum legem Iuliam et Papiam Poppaeam XIII—XVIII: quae res in Gai Institutionibus non tanguntur. At hoc Vlpiani argumentum tantum abest ut breuiator plenum et integrum ad nos tradiderit, ut magnam partem certis rationibus, quas Mommsenus indicauit, extinxerit. Videtur autem Vlpianus a diuisione materiae definitionibusque mariti et caelibis, patris et orbi exisse (unde restitit fortasse tit. XIII inscriptio): ac deinceps bipertite materiam persecutus esse, ita ut 1) de poena caelibatus (XIII. XIV), 2) de poena orbitatis (XV—XVIII)

1 constituet̃ *Vat.* 2 prodegis *Vat.* 3 ingenu*is *Vat.* parentes heredis *Vat.* 6 si *Vat.* 9 cognati *Vat.* *Fortasse* praeterea praetor 10 pubis *Vat.* pubes *edd.* idoneae *Vat.* 12 XII *Vat.* celibe *Cuiaciana b.* cele *Vat. ed. princ.* 14. 15 que ipse *Vat.* 15 ludricam *Vat.* 15 *sq.* fecerit. ceteri autem ingenui prohibentur ducere uxorem (*siue* palam) corpore quaestum facientem, et lenam *Mommsenus* (*Cf. ll. 43. 44 D. XXIII 2*), fecerit, item corpore quaestum (questum *Vat.*) facientem. ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam *Vat. edd.*, *in quibus meram duorum uersuum transpositionem adhibui* 16 *Paragraphi signum deleri iussit Heimbachius* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 106*)

cere corpore quaestum facientem, item lenam, et a lenone lenaue manu missam, et in adulterio depraehensam, et iudicio publico damnatam, et quae artem ludicram fecerit: adicit Mauricianus et a senatu damnatam.

XIIII DE POENA LEGIS IVLIAE

Feminis lex Iulia a morte uiri anni tribuit uacationem, a diuortio sex mensum: lex autem Papia a morte uiri biennii, a repudio anni et sex mensum.

XV DE DECIMIS

Vir et uxor inter se matrimonii nomine deci-

dissereret. Poenas autem caelibatus, excepta XIIII DE POENA LEGIS IVLIAE inscriptione, cui ne respondet quidem tituli argumentum, breuiator resecuit omnes, quippe quas sublatas esse nouisset hac Constantini lege a. p. Chr. 320 (L. un. Th. C. de infirmandis poenis caelibatus et orbitatis VIII 16): 'Qui iure ueteri caelibes habebantur inminentibus legum terroribus liberentur, atque ita uiuant, ac si numero maritorum matrimonii foedere fulcirentur. sitque omnibus aequa conditio capessendi quo quisque mereatur. Nec uero quisquam orbus habeatur. proposita huic nomini damna non noceant. Quam rem et circa feminas aestimamus earumque ceruicibus inposita iuris imperia uelut quaedam iuga soluimus promiscue omnibus. Verum huius beneficii maritis et uxoribus inter se usurpatio non patebit ... sed maneat inter istas personas legum prisca auctoritas.' Titulo autem XIII, in quo nihil super est eorum, quae inscriptio indicat, nuptias uetitas excerptor reliquit, quas cum iure ciuili omnino nullas esse putaret, lege illa Constantini non tangi opinaretur. Similiter de titulo XIIII DE POENA LEGIS IVLIAE nihil nisi uacationem inter primum et secundum matrimonium, quam et ipsam a lege Constantini alienam esse arbitraretur, in epitomam recepit.

XV DE DECIMIS] Titulos XV.XVI residere ex ea disputatione

1 lena metalenone lenāmue *Vat.* lenam a lenone lenaue *ed. princ.* 2 *sq.* adulteriū dephensa *Vat.* 3 publicum damnata *Vat.* 4 arte ludricā *Vat.* adicit Mauricianus et a senatu (et senatus *Vat.*) damnatam *eici iubet Schillingius*, *sed uide Heimbachium* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 106*) 8.10 mensum *Lachmannus* (*coni. VI 13*). menses (mses) *Vat. Cuiaciana b.* mensium *ed. princ.* 9 biennium *Hugo I. C. A. p. 1605.* triennii *Cuiacius in notis. Cf. Obs. VI 37 et Casaubonus in Sueton. Aug. 34* annum *Hugo*

mam capere possunt. quodsi ex alio matrimonio liberos superstites habeant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius filiaue post nominum diem amissus amissaue unam decimam adicit, duo autem post nominum diem amissi duas decimas adiciunt. Praeter decimam etiam usum fructum tertiae partis bonorum coniuges capere possunt, et quandoque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem: hoc amplius mulier praeter decimam dotem capere potest legatam sibi.

XVI DE SOLIDI CAPACITATE INTER VIRVM ET VXOREM

1 Aliquando uir et uxor inter se solidum ca-

dixi, quae est de poena orbitatis: in qua parte breuiator deleuit praecepta de eo quod orbus ab extraneo capere possit, de eo autem quod coniugibus inter se capere liceat praecepta reliquit. Illa enim Constantini lege s. c. sublata esse nouit: haec autem eadem lege excipiuntur diserte: atque ad haec pertinet titulus XV DE DECIMIS et ex parte XVI DE SOLIDI CAPACITATE INTER VIRVM ET VXOREM. Quae quidem inscriptiones non iniuria Mommsenus dubitat, num ab ipsius Vlpiani manu profectae sint.

1 matrmonio (*corr. ex* matjmonio) *Vat.* 5 nominum *Vat. cod. Tilii teste Merillio Obs. II 33.* nonum *ed. princ.* 6 nominum diem *Merillius.* nono die *Vat.* non. diem *cod. Tilii teste Merillio.* nonum diem *ed. princ.* '*Al.* nominum' *Cuiacius in not. post.* 8 partes *Vat.* coniuges *Schillingius.* eius *Vat. ed. princ.* e testamento *Lachmannus* (*cf. XI 26*). *Vide Cuiacii Obs. X 17* 9 quandoq; *Vat. Cuiaciana b. cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28* '*Al.* quandoque.' *Cuiacius in not. post.* quotcunque *ed. princ.* si quandoque *Hugo I. C. A. p. 1605* 10 eiusdem partis *ed. princ.* eiusdē partes *Vat.* et eiusdem partis *cod. Tilii teste Cuiacio l. c.* 11 praeter decimam, dotem capere (*siue* accipere) potest *Schillingius.* praeter d. d. potest *Vat.* petere praeter d. d. potest *ed. princ.* praeter d. d. petet *cod. Tilii teste Cuiacio l. c. Cuiacius in not. post.* praeter d. petet d. *Cuiaciana b*

pere possunt, uelut si utrique uel alter uter eorum nondum eius aetatis sint, qua lex liberos exigit, id est si aut uir minor annorum XXV sit, aut uxor annorum XX minor: item si utrique lege Papia finitos annos in matrimonio excesserint, id est uir LX annos, uxor L: item si cognati inter se coierint usque ad sextum gradum: aut si uir absit, et donec abest, et intra annum posquam abesse desierit. 1 [a] Libera inter eos testamenti factio est, si ius liberorum a principe inpetrauerint: aut si filium filiamue communem habeant, aut quattuordecim annorum filium uel filiam duodecim amiserint: uel si duos trimos, uel tres post nominum diem amiserint, ut intra annum tamen et sex menses etiam unus cuiuscumque aetatis inpubis

1 utrique *Schillingius*. uterque *Vat. edd.* 2 aetatis sint, qua lex l. exigit] aetates sunt aut qua lex l. exegit *Vat.* aetatis sit, quae quidem liberos exigit *ed. princ.* aetatis sunt, qua lex l. exigit *cod. Tilii teste Cuiacio XVII 28. Cuiaciana b.* '*Al.* sunt, qua lex liberos. *Sozom. I c. 5.*' *Cuiacius in not. post.* aetatis sint, a qua lex l. exigit *Hugo I. C. A. p. 1605* 3 aut uir] aut *quod est in Vat. ante* qua *huc transponi iussit Schillingius* 5 finitus *Vat.* 7 cogerunt *Vat.* aut] item *Huschkius* 8 absit] *Excidisse* rei p. causa *post Cuiacium in notis Iac. Gothofredus putauit Opp. iurid. min. p. 126 ed. Trotz* abest et *Cuiacius in notis.* abesset *Vat. ed. princ.* abesset et *mrg. Cuiacianae b* posquã *Vat.* postquam *edd.* abesset *Vat.*

9 *Rectam sententiarum distributionem secundum Cuiacium in notis Schillingius indicauit, idem* Item libera *coniciens. Cf. Mommseni exc. ap. Böck*; libera...factio est *olim superioribus adhaeserunt.* et donec...factio est *explicandi causa proximis* si uir absit *addita uncinis includi iusserat Lachmannus* 12 duodecim *ed. princ. Vat. m. alt. corr.* duoce *** *Vat. m. pr. deesse* '*in optimo cod. Ms. I. Tilii*' *Merillius Obs. II 37 testatur* 13 trimus *Vat.* uel tres *Vat. Cuiaciana b.* uel si tres *ed. princ.* nominum *secundum Merillium Obs. II 33 Hugo 3.* nonũ *Vat. ed. princ.* 14 ut] et *Schultingius.* at *Io. Cannegieterus* 15 menses *etiã *Vat.* menses. Etiam *ed. princ. Correxit distinctionem Cuiacius in not. et in Cuiaciana b* inpubis *Vat.* impubes *edd.*

amissus solidi capiendi ius praestet. item si post mortem uiri intra decem menses uxor ex eo pepererit, solidum ex bonis eius capit.

2 Aliquando nihil inter se capiunt, id est si contra legem Iuliam Papiamque Poppaeam contraxerint matrimonium, uerbi gratia si famosam quis uxorem duxerit, aut libertinam senator.

3 Qui intra sexagesimum uel quae intra quinquagesimum annum neutri legi paruerit, licet ipsis legibus post hanc aetatem liberatus esset, perpetuis tamen poenis tenebitur ex senatus consultu Perniciano: sed Claudiano senatus consultu maior sexagenario si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem. 4 Quodsi maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, inpar matrimonium appellatur, et senatus consultu Caluitiano iubetur non proficere ad capiendas hereditates et legata dotesque. itaque mortua muliere dos caduca erit.

§§ 3. 4] Communia de caelibe et orbo, in quorum consortium Vlpianus fortasse solitarium patrem adiecerat. Ceterum inconstantiae cum alibi tum hoc loco excerptor culpandus est, qui non intellexerit, ea quae his paragraphis proferuntur, eadem Constantini lege (uide p. 32 n.) esse sublata.

1 praestet *Cuiacius in not.* prestat *Vat. ed. princ.* 2 pepererit *Hugo I. C. A. p. 1605.* peperit *Vat. ed. princ.* 5 Popeam *Vat. ed. princ.* 6 famissa (*ut uid.*) *Vat. m. pr. corr.* famosa *m. alt.* 7 senatus *Vat.* 9 lege *Vat.* 10 post * hanc aetate *Vat.* 11. 12 consultu *Vat.* consulto *edd.* 12 Persiciano *Perizonius Diss. de lege Vocon. p. 156* 13 quinquagenariã *Vat.* 14 hac *Vat.* 17 et] ex *Vat.* consultu *Vat.* consulto *edd.* Claudiano *Cuiacius in not.* Caluisiano *A. Augustinus De nom. leg.* (*Opp. I 371*), *Perizonius l. c. p. 160* 18. 19 et legata dotesque *prop. Böckingius.* et legata (ligata *m. pr.*) dotes *Vat.* et legatas dotes *ed. princ.* legata et dotes *Cuiaciana b.* et legata et dotes *Hugo* (*Civ. Mag. IV 400*)

XVII DE CADVCIS

1 Quod quis sibi testamento relictum, ita ut iure ciuili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, uel uti ceciderit ab eo: uerbi gratia si caelibi uel Latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum uel caelebs legi paruerit, uel Latinus ius Quiritium consecutus sit: aut si ex parte heres scriptus uel legatarius ante apertas tabulas decesserit uel peregar factus sit. 3 Caduca cum suo onere fiunt: ideoque libertates et legata et fidei commissa ab eo data, ex cuius persona hereditas caduca facta est, salua sunt: scilicet et legata et fidei commissa cum suo onere fiunt caduca. 2 Hodie ex constitutione impera-

XVII DE CADVCIS. XVIII QVI HABEANT IVS ANTIQVVM IN CADVCIS] 'Caduca cum non solum propter caelibatum sed multis etiam aliis ex causis fiant, parum recte de illis inter praecepta de caelibatu agi uidetur: uerum Vlpianus ita egit, ut legibus Iuliae Papiaeque locum daret.' Böckingius.

§ 1 uerbi gratia si caelibi] Caelibis mentionem extinguere constans breuiatoris consilium debuit. Cf. Mommsenus.

'In extremo titulo deest caducorum uindicatio heredum et legatariorum patrum, quae certe explicanda fuit, quippe ad quam respice-

2 relicto *Vat.* 3 iuri *Vat.* coeperit *Vat.* 4 ceciderit *Cuiacius in not.* cecidit *Vat. ed. princ.* 5 celibi *Vat.* 6 celebs *Vat.* paruit *Vat.* 7.8 aut si ex parte] *Vide Cuiacii Obs. VI 37* 9 decesserint *Vat.* peregar *Vat. Cuiaciana b.* peraeger *ed. princ.* peregrinus *Cuiacius in notis. Cf. Scalig. in Auson. ep. 17. Gloss. Lat. Hildebrandi s. u.* 10 onore *Vat.* libertatis *Vat.* 11 legato fidei commissa *Vat.* 13 scilicet] sed *Cuiacius in not. et in marg. Cuiacianae b. Cf. Obs. XIII 16* honere *Vat.* 14 hodie...parentibus *quae in Vat. et edd. post* factus sit (*supra u. 9*) *leguntur huc transponi uoluit Mommsenus. Olim sententias ita:* factus sit. Hodie...uindicantur. Sed, seruato...parentibus, caduca cum suo onore ...salua sunt. Scilicet... fiunt caduca *distribui iusserat Franc. Ramos Legg. Iul. et Pap. Rel. IV 37, 3 et Schneiderus* (*Anwachsungsrecht p. 194*). *Cf. Leipz. Repert. 1843 III p. 98.* Omnia caduca ... parentibus. Hodie ex constitutione Imp. Antonini caduca cum suo onere fiunt *e. q. s. Cuiacius in notis. Cf. Iac. Gothofredus Opp. iurid. min. p. 234 ed. Trotz*

toris Antonini omnia caduca fisco uindicantur, sed seruato iure antiquo liberis et parentibus.

XVIII QVI HABEANT IVS ANTIQVVM IN CADVCIS

Item liberis et parentibus testatoris usque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit, ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat aut totum aut ex parte, prout pertinere possit.

XVIIII DE DOMINIIS ET ADQVISITIONIBVS RERVM

1 Omnes res aut mancipi sunt aut nec mancipi. mancipi res sunt praedia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus: item iura praediorum rusticorum, uelut uia, iter, actus, aquaeductus: item serui, et

rent paragraphi duae I 25. XXV 17: sed omissa est a breuiatore, qui lectis Vlpiani uerbis XVII 2 ita defungi sibi posse uideretur, ut reciperet ius antiquum liberum et parentum a Caracalla seruatum.' Mommsenus.

XVIII QVI HABEANT IVS ANTIQVVM IN CADVCIS] Hanc inscriptionem Mommsenus propter exiguitatem argumenti non ab Vlpiano adpositam arbitratur. Importunam breuiatoris manum uel item uocula arguit.

XVIIII DE DOMINIIS ET ADQVISITIONIBVS RERVM] Incipit pars altera Regularum quae est DE REBVS. Vlp. XVIIII—XXVIIII. Gai II. III. In eius partis exordio resectae primum generales de rerum differentiis definitiones: quales Gai Institutiones II 1—11 exhibent: ex quo genere in epitoma nostra non nisi paragraphus prima (cf. Gai II 14—17) relicta est: ut ad hanc paragraphum non pertineat inscriptio, quam praeterea ob inepte adhibitum pluralem numerum Mommsenus excerptori malit quam Vlpiano ascribere: quod contra Böckingius et in indice et per totum titulum pro plurali dominiorum, in quo librarii mendum agnoscit, singularem reposuit. Quem ego non sequar. Cf. Gai II 44. Inst. de usuc. II 6. L. 1 D. de usuc. XLI 3.

1 caducã *Vat.* 2 iuré *Vat.* 5 ítém *Vat.* testatoris *Cuiacius Obs. XIX 30. mrg. Cuiacianae b.* testatores *Vat. ed. princ.* 6 lepapia *Vat.* 10 dominio *Böckingius* 12 mancepi *Vat. semper, nisi ubi aliud testabimur* 13 itali co*solo *Vat.* 14 aut rustico *Vat.* 16 aqueductus *Vat.* et aquaeductus *ed. princ.*

quadrupedes, quae dorso colloue domantur, uelut boues, muli, equi, asini. ceterae res nec mancipi sunt. elefanti et cameli, quamuis collo dorsoue domentur, nec mancipi sunt, quoniam bestiarum numero sunt.

2 Singularum rerum dominia nobis adquiruntur mancipatione, traditione, usu capione, in iure cessione, adiudicatione, lege.

3 Mancipatio propria species alienationis est et rerum mancipi: eaque fit certis uerbis, libripende et quinque testibus praesentibus. 4 Mancipatio locum habet inter ciues Romanos et Latinos colonarios Latinosque Iunianos eosque peregrinos, quibus commercium datum est. 5 Commercium est emendi uendundique in uicem ius. 6 Res mobiles non nisi praesentes mancipari pos-

§ 2] Desideratur distinctio inter (I) adquisitiones singularum rerum et (II) per uniuersitatem adquisitiones. De illis agitur XVIIII 2—21. Gai II 18—79: de adquisitione autem per uniuersitatem XX—XXVIIII: Quibus quod tertium caput addi debebat (III) de obligationibus, cum aliis partibus in fine epitomae periit. — In hoc autem titulo, qui est de adquisitione singularum rerum, Vlpianus, id quod ex conlatis Gai locis comparebit, multifariam ab eo, quem fere sequitur, Gaianarum Institutionum ordine declinauit. Agitur autem 1) de modis quibus rerum singularum dominia nobis adquiruntur. §§ 2—17. Hi sunt a) mancipatio. §§ 3—6. Gai II 22—37.

1 quadrupedis *Vat.* 2 aequi *Vat.* ceterę *Vat.* *uidetur* ceteres *fuisse* mancipi *Vat.* 3 elefanti *Vat.* 6 dominia nobis adquiruntur *ed. princ.* dominia nob adquirit̃ *Vat.* dominium nobis adquiritur *Böckingius* 7. 8 usu capione, in iure cessione *ed. princ.* (*cf.* §§ *8. 9*). in iure cessione. usu capione *Vat.* 10 et *Vat. ed. princ.* *Super esse* et *monuit Cuiacius in notis* mancipi *Vat.* eaque *ed. princ.* eaquae *Vat.* 11 testes p̃sentes *Vat.* 13 colonarios *ed. princ.* colonarius *Vat.* coloniarios *Ballhornius* (*Dominium p. 19*). *Cf. Gai I 22. 29. III 56. Sed uide Dosith. p. 49, 6 Böck.* '*Lex Iunia ... exaequauit eos Latinis colonariis* (κολωναρίοις) ... *qui nomen suum in coloniam dedissent.*' Latinusq: iunianus *Vat.* peregrinus *Vat.* 14 cõmertium. emendi uendendi. *Vat.* 16 mobilis *Vat.*

sunt, et non plures quam quot manu capi possunt: immobiles autem etiam plures simul, et quae diuersis locis sunt, mancipari possunt.

7 Traditio propria est alienatio rerum nec mancipi. harum rerum dominia ipsa traditione adpraehendimus, scilicet si ex iusta causa traditae sunt nobis.

8 Vsu capione dominia adipiscimur tam mancipi rerum quam nec mancipi. usu capio est autem dominii adeptio per continuationem possessionis anni uel biennii: rerum mobilium anni, inmobilium biennii.

9 In iure cessio quoque communis alienatio est et mancipi rerum et nec mancipi: quae fit per tres personas, in iure cedentis, uindicantis, addicentis; 10 in iure cedit dominus: uindicat is, cui ceditur: addicit praetor. 11 In iure cedi res etiam incorporales possunt, uelut usus fructus et hereditas et tutela legitima libertae. 12 Hereditas in iure ceditur uel ante quam adeatur uel postea quam adita fuerit: 13 ante quam adea-

b) traditio. § 7. Gai II 19—21. c) usu capio. § 8. Gai II 40—60. d) in iure cessio. §§ 9—15. Gai II 22—37, qui quidem mancipationem et in iure cessionem simul tractauit.

1 quot *Io. Cannegieterus.* qđ (quod) *Vat. Cuiaciana b.* quae *ed. princ.* 2 immobilis *Vat.* 4 Traditio*** propria *Vat.* rerum nec mancipi. harum rerum *cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28. Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* rerum. Nec mancipiarũ rerum *Vat.* rerum. Nec mancipi rerum *ed. princ.* rerum nec mancipii. Nec mancipii rerum *Cuiacius in not.* 5. 8 dominium *Böckingius* 5 traditio ne adp̃hendimus *Vat.* 9 *Cf. Isidori Orig. V 25, 30 'usu capio est adeptio dominii per continuationem iustae possessionis uel biennii uel alicuius temporis.'* 14 quae] eaque *Schillingius* 15 cedentis uindicantis addicentis *Sauinius (Hugo Ciu. Mag. IV 387).* cedentes uindicantes addicentes *Vat. ed. princ.* 17 cedet̃ *Vat.* 18 incorporalis *Vat.* 19 libertae *Vat.* '*Al.* libertae,' *Cuiacius in not. post.* et libertas *ed. princ.*

tur, in iure cedi potest ab herede legitimo: postea quam adita est, tam a legitimo quam ab eo, qui testamento heres scriptus est. 14 si ante quam adeatur hereditas in iure cessa sit, proinde heres fit, cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset: quodsi postea quam adita fuerit, in iure cessa sit, is qui cessit, permanet heres, et ob id creditoribus defuncti manet obligatus, debita uero pereunt, id est debitores defuncti liberantur: (15) res autem corporales, quasi singulae in iure cessae essent, transeunt ad eum, cui cessa est hereditas.

16 Adiudicatione dominia nanciscimur per formulam familiae herciscundae, quae locum habet inter coheredes: et per formulam communi diuidundo, cui locus est inter socios: et per formulam finium regundorum, quae est inter uicinos. nam si iudex uni ex heredibus aut sociis aut ui-

e) adiudicatio. § 16: cui nihil hoc conexu apud Gaium respondet: sed cf. Gai IV 39. 42. II 219.

1 ab herede legitimo *ed. cum not. Cui. Fabrot.*, *Lachmannus*. legitime ab herede *Vat. ed. princ.* legitimo ab herede *ed. cum not. Cui. Tolosana* 2 tam legitimo *Vat.* (a *supra*) 4 pinde (proinde) *Vat. Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* perinde *ed. princ.* 5 hac *Vat.* 6 postea quam *ed. princ. cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28.* postea cū *Vat.* 7 is qui cessit *cod. Tilii teste Cuiacio l. c. Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* his qui cesset *Vat.* is cui cessa est *ed. princ.* is a quo cessa est *Cuiacius in not.* 9 *Paragraphi signum deleri iussit Erbius* (*Hugo Ciu. Mag. IV 401*) 10 quasi singulae in iure cessae essent *Schillingius* (*Cf. Gai II 35. III 85*). quoties singulę in iure cesse (cessae) sunt *Vat. ed. princ.* quamuis s. i. i. cessaę non sunt *Schultingius.* quasi ei (*possis eę*) s. i. i. cessae essent *Brinkmannus in not. subit. ad Gaium p. 15.* quasi s. i. i. cessae sint *Ballhornius* (*Dominium p. 36*) 11 cui cessa est hereditas] cui cessae sunt *Cuiacius in notis* 13 dominium *Böckingius* 15 quos heredes *Vat.*

cinis rem aliquam adiudicauerit, statim illi adquiritur, siue mancipi siue nec mancipi sit.

17 Lege nobis adquiritur uelut caducum uel ereptorium ex lege Papia Poppaea, item legatum ex lege duodecim tabularum, siue mancipi res sint siue nec mancipi.

18 Adquiritur autem nobis etiam per eas personas, quas in potestate, manu mancipioue habemus. itaque si quid mancipio puta acceperint, aut traditum eis sit, uel stipulati fuerint, ad nos pertinet: (19) item si heredes instituti sint, legatumue eis sit, et hereditatem iussu nostro adeuntes nobis adquirunt et legatum ad nos pertinet. 20 Si seruus alterius in bonis, alterius ex iure Quiritium sit, ex omnibus causis adquirit ei, cuius in bonis est. 21 Is quem bona fide possidemus, siue liber siue alienus seruus sit, nobis adquirit ex duabus causis tantum, id est quod ex re nostra et quod ex operis suis adquirit: extra

f) lex. § 17: neque hoc apud Gaium eodem ordine tangitur: sed cf. de legato Gai II 97. 2) de personis, per quas nobis singularum rerum dominia adquiruntur. §§ 18—21. Gai II 86—96.

2 mancipi *bis Vat.* 3 uelut *Vat.* 4 ereptorium *cod. Tilii teste Cuiacio tit. 35 de his quib. ut ind. Opp. t. IX p. 797 ed. Neap.* (*cf. Sauinius Zeitschr. f. gesch. R. W. IX 169*). erepturiū *Vat. Cuiaciana b.* ereptitium *ed. princ. Cf. Cuiacius Obs. VI 37. Schillingius* (*Bemerk. üb. R. R. G. p. 313*). *De uoce* ereptorius *Schillingius Gloss. Isid. et Pithoe. adfert. Cf. Leipz. Repert. 1843 III p. 106* Popea *Vat. ed. princ.* 7 aut *Vat.* 9 si quid *Hugo 2.* si quidem *Vat. ed. princ.* acceperit *Vat.* 11 *Paragraphi signum deleri iussit Heimbachius* (*Leipz. Repert. 1843 III p. 106*) 13 R (*i. e.* Regula) *Vat. in marg.* 15 causis• *Vat.* adquirit ei *Hugo I. C. A. p. 1005.* adquiret ei *Vat.* adquiret ei *ed. princ.* 16 quā *Vat.* 19 operis *Charondas* (*cf. Gai II 91. III 164*). operib: *Vat. ed. princ.*, *quod 'auctoribus scriptis libris' in § 4 Inst. II 9 et § 1 Inst. III 28, et 'auctoribus Florentinis' in l. 20 D. XLV 3 tuetur Cuiacius in notis*

has autem causas aut sibi adquirit, si liber sit, aut domino, si alienus seruus sit. eadem sunt et in eo seruo, in quo tantum usum fructum habemus.

XX DE TESTAMENTIS

1 Testamentum est mentis nostrae iusta contestatio, in id sollemniter facta, ut post mortem nostram ualeat. 2 Testamentorum genera fuerunt tria, unum quod calatis comitiis, alterum quod in procinctu, tertium quod per aes et libram appellatum est. his duobus testamentis abolitis hodie solum in usu est, quod per aes et libram fit, id est per mancipationem imaginariam: in quo testamento libripens adhibetur et familiae emptor

XX DE TESTAMENTIS] Incipiunt praecepta (II) de per uniuersitatem adquisitionibus (XX—XXVIIII). Omisit breuiator formulas transeundi et generalem partium distributionem, qualem Gaius exhibet II 97—100. Ni mirum non seorsum a Gaianis institutionibus Vlpianus hoc argumentum tribus partibus persecutus erat: 1) hereditatibus (XX—XXVII 4); 2) bonorum possessionibus (XXVII—XXVIIII); 3) bonorum emptionibus, quas mutilatus epitomae finis abstulit, singulatim tractatis: cf. Gai II 98.

1) De hereditatibus (XX—XXVII 4). Desideratur excerptoris culpa hereditatum diuisio, quae est apud Gaium II 99, hereditates uel ex testamento uel ab intestato ad nos pertinere. Proinde agitur A. DE TESTAMENTIS (XX—XXIII); B. DE LEGATIS (XXIV); C. DE FIDEI COMMISSIS (XXV); D. DE LEGITIMIS HEREDITATIBVS (XXVI. XXVII).

A. DE TESTAMENTIS. In hoc argumento Vlpianus deseruit subinde Gaianae disputationis ordinem. Proponuntur a) genera testamentorum. §§ 1—9. Gai II 101—108, quorum unum quod per aes et libram fit accurate in epitoma tractatur.

§ 2 his duobus] Testamenta antiquissima, quae sunt in calatis comitiis et in procinctu, breuiator, quoniam ea abolita esse ex ipso Vlpiano didicerat, accuratius definire omisit, his pronomine, tamquam aperto hiatus signo, relicto. Vide infra.

1 sibi] si *Vat.* 6 mentes *Vat.* contestatio *ed. princ. marg. Cuiacianae b.* contentio *Vat. Cuiaciana b* 7 sollempniter *Vat.* facta *Schultingius.* factum *Vat. ed. princ.* 9 comitis *Vat.* 10 p hes it librã *Vat.* 11 est. his] *Lacunae rationem indagauit Böckingius: uide supra.* .ẽ. his *Vat.* est illis *ed. princ.* est. ex his *Lachmannus.* est. sed illis *Huschkius* testaméntis *Vat.* 12 hodię *Vat.* p hes it libram *Vat.* 14 libripens adhibetur *ed. princ.* librae pensa debet̃ *Vat.* libraepens adhibetur *Cuiaciana b*

et non minus quam quinque testes, cum quibus testamenti factio est. 3 Qui in potestate testatoris est aut familiae emptoris, testis aut libripens adhiberi non potest, quoniam familiae mancipatio inter testatorem et familiae emptorem fit, et ob id domestici testes adhibendi non sunt. 4 Filio familiam emente pater eius testis esse non potest. 5 Ex duobus fratribus, qui in eiusdem patris potestate sunt, alter familiae emptor, alter testis esse non potest, quoniam quod unus ex his mancipio accipit, adquirit patri, cui filius suus testis esse non debet. 6 Pater et filius, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes utrique, uel alter testis, alter libripens fieri possunt, alio familiam emente: quoniam nihil nocet ex una domu plures

3.7.10.12.15 testes *Vat.* 3 aut libripens *Cuiacius in not.* ad librae pensa *Vat. ed. princ.* 4 adhibere *Vat.* 5 emptio *Vat.* 6 filio familiam emente *Schultingius.* filio familiae mente *Vat.* filio familiae emente *ed. princ.* filio familiae familiam emente *Hugo 5 praef.* 8 eiusdem *marg. Cuiacianae b. Cuiacius in not. post.* eodẽ *Vat. Cuiaciana b.* eadem *ed. princ.* 11 mancipio accipit *Schultingius.* mancipiũ accepit *Vat.* mancipium accipit *ed. princ.* 12 pater et filius *Schillingius e Dig. l. infra c. sed uide Inst. l. c.* pater et *Cuiacius in not.*, *Vat.* pariter et *ed. princ.* 13 item *Schillingius. Cf. VI 2 et ll. infra cc.* institutus *Vat.* constitutus *ed. princ.* constitutus et *Cuiacius in not.* eiusdem] eius *Vat.* 15 libripens *ed. princ.* librepens (libraep.) *Vat. Cuiaciana b* familiae mente *Vat.* 16 domu *Vat. Cuiaciana b. Lachmannus. Cf. Io. Cannegieterus ad Vlp. VII 1 p. 41.* domo *cett. edd.* *Cf. L. 17 D. de testibus XXII 5* ('*qui locus ex hoc ipso est desumptus*' *Schult.*): '*Vlpianus libro singulari Regularum: Pater et filius qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in eiusdem patris potestate sunt, testes utrique in eodem testamento uel eodem negotio fieri possunt, quoniam nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.*' *L. 8 I. de test. ord. II 10* '*Pater nec non is, qui in potestate eius est, item duo fratres, qui in*

testes alieno negotio adhiberi. 7 Mutus, surdus, furiosus, pupillus, femina neque familiae emptor esse, neque testis libripensue fieri potest. 8 Latinus Iunianus et familiae emptor et testis et libripens fieri potest, quoniam cum eo testamenti factio est.

9 In testamento, quod per aes et libram fit, duae res aguntur, familiae mancipatio et nuncupatio testamenti. nuncupatur testamentum in hunc modum: tabulas testamenti testator tenens ita dicit HAEC VT IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR: ITAQVE VOS QVIRITES TESTIMONIVM PRAEBITOTE. quae nuncupatio et testatio uocatur.

10 Filius familiae testamentum facere non potest, quoniam nihil suum habet, ut testari de

b) hi qui testamenta facere non possunt. §§ 10—16: quorum pars tantum in Gai Institutionibus tractatur: cf. Gai II 112. 113. 118.

§ 10] Inter Augustus et Marcus nomina breuiatoris partim con-

eiusdem patris potestate sunt, utrique testes in uno testamento fieri possunt, quia nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi.' Vide Schillingium Diss. crit. p. 2—11 3 esse *Vat. omisit ed. princ.* 3.5 testes *Vat.* 3.5 libripens *ed. princ.* librepens (libraep.) *Vat. Cuiaciana b* 7 ph esit librā *Vat.* 10 testor *Vat.* dicit (it *in lit.*) *Vat.* 11 cerisque *Schillingius* 12 do] '*Al.* dico.' *marg. Cuiacianae b* 13 queritis *Vat.* p̃bitote (praeb.) *Vat. ed. princ. Cf. Bynkershökius Obs. III 21 p. 312.* perhibetote *marg. Cuiacianae b. Cuiacius Obs. VI 37 et in not. post.* peribetote *idem ad Pauli Sent. III 5, 4.* praebetote *post alios Hugo I. C. A. p. 1605. Cf. Gai II 104 'haec ita ut in his tabulis cerisque scripta sunt, ita do, ita lego, ita testor, itaque uos quirites testimonium mihi perhibitote.' Isidorus Orig. V 24, 12 'Nuncupatio est, quam in ceris tabulisque testator recitat dicens: Haec ut in his tabulis (ut his tabolis cod. antiquiss.) cerisque scripta sunt, ita dico (do Areu.) ita lego itaque uos ciues Romani testimonium mihi perhibete (praebitote Areu. praebete cod. ant.).' Apuleius Metam. II p. 149 Oud. Vide Lachmannum* 14 nuncupatio et *Vat.*

eo possit. sed diuus Augustus *** Marcus constituit, ut filius familiae miles de eo peculio, quod in castris adquisiuit, testamentum facere possit. 11 Qui de statu suo incertus est factus, quod patre peregre mortuo ignorat se sui iuris esse, testamentum facere non potest. 12 Inpubis, licet sui iuris sit, facere testamentum non potest, quoniam nondum plenum iudicium animi habet. 13 Mutus, surdus, furiosus, itemque prodigus, cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam uerba nuncupationis loqui non potest: surdus, quoniam uerba familiae emptoris exaudire non potest: furiosus, quoniam men-

silio partim neglegentia quaedam, quae ad antiquiores de testamento militari constitutiones pertiuerent, resecta esse Mommseni opinatio est. Sed uide infra.

1 diuus Augustus | Marcus *Vat. ed. princ. Super esse* Marcus *Cuiacius in notis monet conl. I. quib. non est perm. II 12 'militibus, qui in potestate parentum sunt, quibus de eo, quod in castris acquisierunt, permissum est ex constitutionibus principum testamentum facere. quod quidem ius initio tantum militantibus datum est, tam ex auctoritate diui Augusti quam Neruae, nec non optimi imperatoris Traiani, postea uero subscriptione diui Hadriani etiam dimissis militia... concessum est.'* d. A. militibus *H. Cannegieterus in Coll. leg. Mos. et Rom. p. 335, et simul pro* constituit *reposito* concessit *Böckingius.* d. A. mandatis *Schillingius.* d. A. primus *E. Heimbachius ap. Schill. De lacuna Hugo cogitarat (Gesch. d. R. R. p. 697 ed. 10). Mommseni suspicionem uide supra. Fortasse totus uersiculus intercidit, quem uel ita possis supplere:* diuus Augustus | olim aliique, et postremo diuus | Marcus 4 est factus, quod *Böckingius, qui propositam hanc de statu incertitudinis speciem unicam esse edocet.* .ẽ. facto qđ *Vat.* est, facito, quod *ed. princ.* est, fac ita (*siue* eo), quod *Marezollius (Hugo 1. C. A. p. 1605).* est, forte quod *Puchta apud Hugonem 5 praef.* est, fac ideo quod *Heimbachius (Leipz. Repert. 1843 III p. 100)* 6 inpubis *Vat.* impubes *edd.* 7 facere testamentũ *Vat.* testamentum facere *ed. princ.* 10 nob̄ *Vat.* 12 emptores *Vat.*

tem non habet, ut testari recte eam possit: prodigus, quoniam commercio illi interdictum est, et ob id familiam mancipare non potest. 14 Latinus Iunianus, item is qui dediticiorum numero est, testamentum facere non potest: Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est: is autem qui dediticiorum numero est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, cum sit peregrinus, nec quasi peregrinus, quoniam nullius certae ciuitatis sit ciuis, ut secundum leges ciuitatis suae testetur. 15 Feminae post duodecimum annum aetatis testamenta facere possunt, tutore auctore, donec in tutela sunt. 16 Seruus publicus populi Romani in partem dimidiam testamenti faciendi habet ius.

1 recte eam *scripsi.* de ea re *Vat. ed. princ., in quibus* re *Böckingius* '*cum effectu*' *interpretatur.* de ea recte (rite *Schill.*) *Io. Cannegieterus.* de ea *Zurneddenus apud Hugonem 5 praef.* eam *Schillingius simul de resecando commatio* ut . . . possit *cogitans.* de ea ore *Lachmannus.* de sua re *Hugo I. C. A. p. 1605* 2 commercio *Marezollius* (*Hugo I. C. A. p. 1605*). cōmertiū *Vat.* commercium *ed. princ.* 3 familia *Vat.* 7 numerū *Vat.* 8 ciues *Vat.*
10 certe *Vat.* sit ciuis *Sauinius* (*Hall. Allg. Litt. Zeit. 1812 II p. 74*). sciens *Vat. ed. princ.* ciuis est (*siue simpliciter* sit) *Cuiacius in not.* ciuis *Cuiaciana b in marg.* secundum *Bluntschelius* (*cf. XXVIII 1*). aduersus *Vat. ed. princ. Vide Lachmannum* legis *Vat.* 12 etatis *Vat.* 13 sunt *Marezollius* (*Hugo I. C. A. p. 1605*). sint *Vat. ed. princ.* 14 populi Romani *Cuiacius in not. et in marg. utriusq. Cuiacianae.* p̃toriani (praet.) *Vat. cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28. Cuiaciana b.* praetorisue *ed. princ. Cf. Cuiacius Obs. IX 16. Vlp. XXIV 28* in partem dimidiam *scripsi.* partes dimidiã *Vat.* parte dimidia *ed. princ.* partis dimidiae *Hugo* (*Ciu. Mag. IV 401*), *idem* populi Romani *resecto* pro parte dimidia. *Inseri praepositionem siue* pro (*cum Hugone 3*) *siue* ad *siue* de *siue* ex *Schillingius iubet* 15 habitius quaead modū heres institui debeat *Vat.*

XXI QVEM ADMODVM HERES INSTITVI DEBEAT

Heres institui recte potest his uerbis TITIVS HERES ESTO, TITIVS HERES SIT, TITIVM HEREDEM ESSE IVBEO: illa autem institutio HEREDEM INSTITVO, HEREDEM FACIO plerisque inprobata est.

XXII QVI HEREDES INSTITVI POSSVNT

1 Heredes institui possunt, qui testamenti factionem cum testatore habent. 2 Dediticiorum numero heres institui non potest, quia peregrinus est, cum quo testamenti factio non est. 3 Latinus Iunianus, siquidem mortis testatoris tempore uel intra diem cretionis ciuis Romanus sit, heres esse potest: quodsi Latinus manserit, lege Iunia capere hereditatem prohibetur. idem iuris est in persona caelibis propter legem Iuliam. 4 Incerta persona heres institui non potest, uelut hoc modo QVISQVIS PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, HERES ESTO: quoniam certum consilium debet esse testantis. 5 Nec municipia nec municipes heredes institui possunt, quoniam incertum corpus est, et neque cernere uniuersi, neque pro herede

c) QVEM ADMODVM HERES INSTITVI DEBEAT. XXI. Gai II 114—117. d) QVI HEREDES INSTITVI POSSVNT. XXII 1—13. Gai II 185—190. Horum utrumque indicum excerptor uidetur ex Vlpiani Regulis retinuisse: quamquam illius breuitas indicio est, aliquanto plura sub ea rubrica exposuisse Vlpianum.

3 heres* sto*titius (sto tit *in litura*) *Vat.* 6 possint *Hugo* 7 factione *Vat.* 9 numerū *Vat.* 10 *sq.* Latinus Iunianus *Cuiacius in not. omisit Vat. ed. princ. in qua sic:* est. Cum quo ... non est, si quidem *distinguitur.* Latinum Iunianum heredem instituere omnino licet et (si quidem) *Mommsenus* 12 crétionis *Vat.* 15 personā celebis *Vat.* Iulia *Vat.* 17 primum *Vat.* 19 municipis *Vat.* 21 et *Böckingius.* ut *Vat. ed. princ.* pro herede gerere *Cuiacius in notis.* p̄hire *** deherede cernere (i *in lit.*) *Vat.* prohire de herede cernere *Cuiaciana b. Cf. Hugo (Ciu. Mag. IV 401).* pro libito de herede cernere *ed. princ.*

gerere possunt, ut heredes fiant: senatus consulto tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui possint. sed et fidei commissa hereditas municipibus restitui potest: denique hoc senatus consulto prospectum est. 6 Deos heredes instituere non possumus praeter eos, quos senatus consulto, constitutionibus principum instituere concessum est, sic uti Iouem Tarpeium, Apollinem Didymaeum, Martem in Gallia, Mineruam Iliensem, Herculem Gaditanum, Dianam Efesiam, Matrem Deorum Sipylenen, Nemesim quae Smyrnae colitur, et Caelestem Salinensem Carthagini.

1 possint *Charondas* heredés *Vat.* consultu *Vat.* consulto *edd.* 3 sed et *Cramerus* (*Zeitschr. f. gesch. R. W. I 295*). sed *Vat. edd.* 4 idque hoc *ed. cum not. Cui. Fabrot.* deque hoc *Hugo I. C. A. p. 1606. Cf. Handii Tursell. II 274* 5 deus (*corr. m. pr.*) *Vat.* 7 aut constitutionibus *Io. Cannegieterus.* constitutionibusue *Böckingius* 8 Terpeium. Apollenem. Didimeum *Vat.* 9 Martem *scripsi.* sicuti Martem *Vat. edd.* Sesomonem Martem *Huschkius ex inscr. Lugd. ap. Gruter. LVIII 5* concessum est. Const. princ. instit. concessum est sicuti I. T., A. D., Scto Martem *Io. Cannegieterus* Iliensem *Turnebus Adu. VII 21. marg. Cuiacianae b. Cf. Cuiacii Obs. X 5.* miliensem *Vat. Cuiaciana b.* meliensem *ed. princ* 10 efesiam *Vat.* 11 Sipylenen, Nemesim *O. Iahnius.* Sipelensim *Vat. Cuiaciana b.* '*Al.* Sipelesim.' *Cuiacius in not. post.* Cybelem eam *ed. princ.* Cybelem *marg. Cuiacianae b.* Sipylensem *Marshamus Canon. chron. p. 135, Lachmannus.* Sipylenem *Schultingius. Cf. Strabo X 469* '*Ῥέαν μὲν .. τιμῶσι .. μητέρα καλοῦντες θεῶν ..., ἀπὸ δὲ τῶν τόπων Ἰδαίαν καὶ Διvδυμήνην καὶ Σιπυλήνην καὶ Πεσσινουντίδα καὶ Κυβέλην.*' Smyrnae *ed. princ. marg. Cuiacianae b.* hysmirne *Vat. Cuiaciana b. Cf. II 7 Lachmannus* 12 celestem *Vat. Cuiaciana b.* coelestum *ed. princ. Cf. Valesius in Ammian. Marcell. XXII 13, 3* Salinensem Carthagini *Io. Cannegieterus.* salinensem Carthaginis *Vat. ed. princ.* Sidonensem Carthagini *Lachmannus. Ceterorum conaminum nihil est, quod ualde placeat. Putabam* et Caelestem scilicet (scil.) Carthaginiensem

7 Seruos heredes instituere possumus, nostros cum libertate, alienos sine libertate, communes cum libertate uel sine libertate. 8 Eum seruum, qui tantum in bonis noster est, nec cum libertate heredem instituere possumus, quia Latinitatem consequitur, quod non proficit ad hereditatem capiendam. 9 Alienos seruos heredes instituere possumus eos tantum, quorum cum dominis testamenti factionem habemus. 10 Communis seruus cum libertate recte quidem heres instituitur quasi proprius pro parte nostra, sine libertate autem quasi alienus propter socii partem. 11 Proprius seruus cum libertate heres institutus, siquidem in eadem causa permanserit, ex testamento liber et heres fit, id est necessarius: 12 quodsi ab ipso testatore uiuente manu missus uel alienatus sit, suo arbitrio uel iussu emptoris hereditatem adire potest. sed si sine libertate sit institutus, omnino non consistit institutio. 13 Alienus seruus heres institutus, siquidem in eadem causa permanserit, iussu domini debet hereditatem adire. quodsi uiuo testatore manu missus aut alienatus a domino fuerit, aut suo arbitrio aut iussu emptoris poterit adire hereditatem.

14 Sui heredes instituendi sunt uel exheredandi. sui autem heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam naturales quam adoptiui:

1 heredis instituhere *Vat.* 2 cōmunis *Vat.* 4 nostris *Schultingius. Sed uide Lachmannum* libertatē *Vat.* 5 quia] qua *Lachmannus* Latinitate *Vat.* 7 alienus seruus *Vat.* 8 tantum *Hugo I. C. A. p. 1606.* tamen *Vat. ed. princ. Sed uide Schillingium Diss. crit. p. 26* domini *Vat.* 9 factione *Vat.* 19 consestit *Vat.* consistit *Cuiaciana b. Cuiacius in not. post.* constat *ed. princ.* 20 eadem *Io. Cannegieterus. (Cf. u. 14).* ea *Vat. edd.* 23 potérit *Vat.* 27 tam naturales quam adoptiui] *Hysterologiam notauit Schultingius. Cf. XI 1.*

item uxor quae in manu est, et nurus quae in manu est fili, quem in potestate habemus. 15 Postumi quoque liberi, id est qui in utero sunt, si tales sunt, ut nati in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numero sunt. 16 Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus neque nominatim exheredatus, non patitur ualere testamentum: 17 reliquae uero personae liberorum, uelut filia, nepos, neptis, si praeteritae sint, ualet testamentum: scriptis heredibus adcrescunt, suis quidem heredibus in partem uirilem, extraneis autem in partem dimidiam. 18 Postumi quoque liberi cuiuscumque sexus omissi, quod ualuit testamentum, agnatione rumpunt. 19 Eos qui in utero sunt, si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere heredes, siquidem post mortem nostram nascantur, ex iure ciuili, si uero uiuentibus nobis, ex lege Iunia.

20 Filius qui in potestate est, si non instituatur heres, nominatim exheredari debet, reliqui sui heredes utriusque sexus aut nominatim aut inter ceteros. 21 Postumus filius nominatim exheredandus est: filia postuma ceteraeque postumae fe-

e) qui heredes institui uel exheredari debeant. §§ 14—23. Gai II 123—137.

1 fili *Vat.* quaē *Vat.* 5 hēredū numērū *Vat.* 6 nominatim *ed. princ.* nominaq quo *Vat.* nominatī tto (nominatim testamento) *Mommsenus. Possis* nominatī ū.ō (nominatim ut oportet) *Cf. XXIII 2. Göscheni Ind. sigl. p. CXIII* 9 nepus neptes *Vat.* 10 scriptis *Vat. ed. princ. Vide Göschenum in Gai II 124.* sed scriptis *Cuiacius in not.* scriptisque *prop. Böckingius* 14 agnitione *Vat.* rumpunt *Cuiacius in notis.* rūpunt *Vat.* rumpitur *ed. princ.* postumis quoque liberis c. s. omissis ... testamentum agnatione rumpitur *Schultingius* 15 instituhere *Vat.* 18 Iunia *Schultingius.* iulia *Vat. ed. princ. Cf. Rudorffium (Vormundsch. I p. 274)* 23 cetereque *Vat.*

minae uel nominatim uel inter ceteros, dum modo inter ceteros exheredatis aliquid legetur. 22 Nepotes et pronepotes ceterique masculi postumi praeter filium uel nominatim uel inter ceteros cum adiectione legati sunt exheredandi: sed tutius est tamen nominatim eos exheredari, et id obseruatur magis.

23 Emancipatos liberos quamuis iure ciuili neque heredes instituere neque exheredare necesse sit, tamen praetor iubet, si non instituantur heredes, exheredari, masculos omnes nominatim, feminas uero inter ceteros: alioquin contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.

24 Inter necessarios heredes, id est seruos cum libertate heredes scriptos, et suos et necessarios, id est liberos qui in potestate sunt, iure ciuili nihil interest: nam utrique etiam inuiti heredes

f) heres quemadmodum hereditatem adeat. §§ 24—32. Gai II 152—173

2 legit *Vat.* 5 ligati *Vat.* totius *Vat.* 8 emancipatos *Schultingius.* mancipatos *Vat. ed. princ.*, *quod conl. Plin. ep. IV 2, 2 defendi posse putat Cuiacius in notis* *Post* liberos *in Vat. circa duodecim litterae exstinctae:* utriusque sexus *suppleri iubet Huschkius* quamuis iure *Schultingius.* qui in re *Vat. Cuiaciana b.* cum iure *ed. princ.* quos iure *Cuiacius in marg. Cuiacianae b et in not. post., ubi praeterea u. 10 pro* sit *reponi* est *iubet* 11 *Fortasse* exheredari omnes, masculos nominatim. *Cf. Gai l. infra c. Sed uide Lachmannum* 12 uero *Bluntschelius.* uel *Vat. ed. princ. Cf. Gai II 135 'Emancipatos liberos [iure ciuili neque heredes instituere neque exheredare necesse est, quia] non sunt sui heredes: sed praetor omnes tam feminini quam masculini sexus, si heredes non instituantur, exheredari iubet, uirilis sexus [nominatim, feminini] uero inter ceteros.'* 14 seruus *Vat.* 15 heredis scriptus *Vat.* suos et *Cuiacius in marg. Cuiacianae b et in not. post.* suos sit *Vat. Cuiaciana b.* suos scilicet *ed. princ. Cf. XX 2. 9. Hugo (Ciu. Mag. IV 403). Lachmannus* 17 herede' *Vat.*

sunt. sed iure praetorio suis et necessariis heredibus abstinere se a parentis hereditate permittitur, necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non datur.

25 Extraneus heres, siquidem cum cretione sit heres institutus, cernendo fit heres, si uero sine cretione, pro herede gerendo. 26 Pro herede gerit, qui rebus hereditariis tamquam dominus utitur, uelut qui auctionem rerum hereditariarum facit, aut seruis hereditariis cibaria dat. 27 Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hereditatem necne, uelut TITIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM PROXIMIS, QVIBVS SCIERIS POTERISQVE. NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. 28 Cernere est uerba cretionis dicere ad hunc modum QVOD ME MEVIVS HEREDEM INSTITVIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQVE. 29 Sine cretione heres institutus, si constituerit nolle se heredem esse, statim excluditur ab hereditate et amplius eam adire non potest: 30 cum cretione uero heres institutus sicut cernendo fit heres, ita non aliter excluditur, quam si intra diem cretionis non creuerit: ideoque etiam si constituerit nolle se

1 fiunt *mauult Böckingius conl. Gai II 157* 2 parentes *Vat.* 6 si uero *Cuiacius Obs. XIII 16 et in marg. Cuiacianae b. Cf. P. Faber in not.* siue *Vat. ed. princ.* 7 cretione, et pro *P. Faber Semestr. II 22 p. 291* 9 auctionem *Cuiacius in notis.* actionē *Vat. ed. princ.* actorem *Merillius Obs. II 17* 10 cibaria dat *cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28.* cibariam dat *Vat. Cuiaciana b.* cibaria mandat *ed. princ.* 12 *sq.* expiatei ad hire *Vat.* 13 citius *Vat.* 17 quod *Böckingius conl. Gai II 166.* cum id *Vat.* cum *ed. princ.* me Meuius *Mommsenus, ut est in Veron. Gai IV 83.* medius *Vat.* me Maeuius *ed. princ.* instituit *Vat.* instituerit *ed. princ.* 20 hereditatē *Vat.* 21 cretione* uero (uero *in lit. ead. ma.*) *Vat.* 23 éxcludit̃ *Vat.*

heredem esse, tamen, si super sint dies cretionis, paenitentia actus cernendo heres fieri potest.

31 Cretio aut uulgaris dicitur aut continua: uulgaris, in qua adiciuntur haec uerba QVIBVS SCIERIS POTERISQVE: continua, in qua non adiciuntur. 32 Ei qui uulgarem cretionem habet, dies illi dum taxat computantur, quibus sciit se heredem institutum esse, et potuit cernere: ei uero qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit se heredem institutum: aut sciuit quidem, sed non potuit cernere.

33 Heredes aut instituti dicuntur aut substituti: instituti, qui primo gradu scripti sunt, substituti, qui secundo gradu uel sequentibus heredes scripti sunt, uelut TITIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS PROXIMIS CENTVM, QVIBVS SCIES POTERISQVE. NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TVNC MEVIVS HERES ESTO CERNITOQVE IN DIEBVS CENTVM et reliqua. similiter et deinceps substitui potest.

g) heredes aut instituti aut substituti. §§ 33. 34. Gai II 174—178.

2 penitentiã *Vat.* 3 aut *Hugo* (*Ciu. Mag. IV 402*). aũt *Vat. ed. princ.* 7 dum taxat *Lachmannus* (*cf. VIII 4*). dant˜ *Vat. Cuiaciana b.* dati *ed. princ.* '*Vet.* dantur. *leg.* tantum.' *Cuiacius in not. post.* tantum *margo Cuiacianae b* sciit *Lachmannus* (*conl. Vat. fr. 1 et 156*). scit *Vat. ed. princ.* sciuit *Hugo I. C. A. p. 1606* 11 'aut sciuit quidem, sed' *Cuiacius in not. post. Ni mirum in edd. quibusdam cum not. Cuiacii* quidem *omissum* potuit *Vat. Cuiaciana b.* potuerit *ed. princ.* 13 instituti *ed. princ. omisit Vat.* 14 sequentib: heredis *Vat.* sequentibus heredes *Cuiaciana b.* sequentibus. Heredes *ed. princ.* scripti* sunt *Vat.* 15 uel totius *Vat.* heres (s *in lit.*) *Vat.* 16 scies *Vat. Cuiaciana b.* scieris *ed. princ.* 17 nisi *ed. princ. inclin. litt. Cuiaciana b. omisit Vat.* quodni *Böckingius* ex heres *ed. princ. Cuiaciana b, sed* ex *inclin. litt.* et heres *Vat.* 17 Meuius *Mommsenus.* medius *Vat.* maeuius *ed. princ.* 18 centum *Lachmannus. omisit Vat. ed. princ. Cf. Gai II 174 'Lucius Titius heres esto cernitoque in diebus* [*centum*] *proximis, quibus scies poterisque. Quodni ita creueris exheres esto. Tum Maeuius heres esto cernitoque in diebus centum et reliqua.*'

34 Si sub inperfectam cretionem heres institutus sit, id est non adiectis his uerbis SI NON CREVERIS, EXHERES ESTO, sed si ita SI NON CREVERIS, TVNC MEVIVS HERES ESTO, cernendo quidem superior inferiorem excludit, non cernendo autem, sed pro herede gerendo in partem admittit substitutum: sed postea diuus Marcus constituit, ut et pro herede gerendo ex asse fiat heres. quodsi neque creuerit, neque pro herede gesserit, ipse excluditur, et substitutus ex asse fit heres.

XXIII QVEM ADMODVM TESTAMENTA RVMPVNTVR

1 Testamentum iure factum infirmatur duobus modis, si ruptum aut in irritum factum sit.

2 Rumpitur testamentum mutatione, id est si postea aliut testamentum iure factum sit: item agnatione, id est si suus heres agnascatur, qui neque heres institutus, neque ut oportet exheredatus sit. 3 Agnascitur suus heres aut agnascendo, aut adoptando, aut in manum conueniendo, aut in locum sui heredis succedendo, uelut nepos mortuo

h) QVEM ADMODVM TESTAMENTA RVMPVNTVR. XXIII. Inscriptione minimam partem eorum, quae hic titulus comprehendit, significari Schillingius uidit. Agitur enim primum de modo, quo testamenta iure facta infirmantur. §§ 1—4: quod cum duobus modis fiat, si testamentum aut ruptum aut irritum factum sit, prior tantum indice designatur: ut non inepte Schultingius aut additum ab Vlpiano uel irrita fiunt, aut in genere infirmantur scriptum fuisse arbitretur. Cf. autem cum hac parte Gai II 130—134 (uid. Vlpiani XXII 16—18) et 138—146.

1 inpfectā eretionē *Vat. ed. princ.* inperfecta cretione *Hugo 3* 3 sed ita *P. Faber in not.* 4 Meuius *Mommsenus.* medius *Vat.* Maeuius *ed. princ.* 8 qd̄si neq: *Vat.* 12 rumpantur *Hugo I. C. A. p. 1606* 13 testamento iure facto *Vat.*, quod non displicet Böckingio 14 inirritū *Vat.* irritum *edd. pleraeq.* inritum *Böckingius* 16 aliut *Vat.* 19 herés *Vat.* 21 nepus *Vat.*

filio uel emancipato, aut manu missione, id est si filius ex prima secundaue mancipatione manu missus reuersus sit in patris potestatem.

4 In irritum fit testamentum, si testator capite diminutus fuerit, aut si iure facto testamento nemo extiterit heres.

5 Si is qui testamentum fecit, ab hostibus captus sit, testamentum eius ualet, siquidem reuersus fuerit, iure postliminii, si uero ibi decesserit, ex lege Cornelia, quae perinde successionem eius confirmat, atque si in ciuitate decessisset.

6 Si septem signis testium signatum sit testamentum, licet iure ciuili ruptum uel irritum factum sit, praetor scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possessionem dat, si testator et ciuis Romanus et suae potestatis, cum moriretur, fuit. quam bonorum possessionem cum re, id est cum effectu, habent, si nemo alius iure heres sit.

7 Liberis inpuberibus in potestate manentibus, tam natis quam postumis, heredes substituere pa-

Dein de modo, quo testamenta non iure facta ualere possint. §§ 5. 6: quorum Gaius non nisi ea habet quae § 6 leguntur. Cf. Gai II 146—149. i) de substitutione pupillari. §§ 7—9. Secreuit igitur Vlpianus hanc substitutionis rationem ab eis quae XXII 33. 34 de heredibus substitutis monuit. Quod secus instituit Gaius, qui posteaquam II 174—178 generatim de substitutionibus dixit, statim hanc pupillarem quam uocant substitutionem adiunxit: II 179—182. Cf. Lachmannus. Böckingii syst. tab. cum adn.

2 secundabitue (bit *inductum*, ue *recentiore manu adpositum*) *Vat.* 3. 4 potestate. inirritũ *Vat. Cf. p. 54, 14* 4 testor *Vat.* 5 fuérit *Vat.* 6 exteterit *Vat.* 9 uero *Cuiacius in notis et in marg. Cuiacianae b.* uõ *Vat.* non *ed. princ.* 10 Cornelia quae *Cuiacius in notis.* Cornelia neq: *Vat.* Corneliana, quae *ed. princ.* Cornelia: ea namque *Io. Cannegieterus* 15 possessioné *Vat.* 16 morireť *Vat.* moreretur *edd.* 16 *sq.* quam bonorum possessionem ... habent *Hugo 5 praef.* quã bonam possessionẽ ... habeť *Vat.* quae bona possessio ... habetur *ed. princ.* quae bonorum possessio ... habetur *Cuiaciana b* 17 effecto *Vat.* 20 heredis substituhere *Vat.*

rentes possunt duplici modo, id est aut eo quo extraneis, ut si heredes non extiterint liberi, substitutus heres fiat: aut proprio iure, ut si post mortem parentis heredes facti intra pubertatem decesserint, substitutus heres fiat. 8 Etiam exheredatis filiis substituere parentibus licet. 9 Non aliter inpuberi filio substituere quis heredem potest, quam si sibi prius heredem instituerit uel ipsum filium uel quemlibet alium.

10 Milites quo modo cumque fecerint testamenta ualent, id est etiam sine legitima obseruatione. nam principalibus constitutionibus permissum est illis quo modo cumque uellent, quo modo cumque possent testari. idque testamentum, quod miles contra iuris regulam fecit, ita demum ualet, si uel in castris mortuus sit uel post missionem intra annum.

XXIIII DE LEGATIS

1 Legatum est, quod legis modo, id est impe-

k) de testamentis militum. § 10: quod genus testamentorum Gaius post ipsa testamentorum genera testaudique usum (II 101—108) disputauit II 109—111. Ceterum iam Schultingius olim tam §§ 7—9 quam § 10 parum commode sub hoc titulo positas esse senserat.

B. DE LEGATIS. XXIIII. Nescio an in exordio huius tituli Vlpianus simili a testamentis ad legata transeundi formula usus sit, qualis est apud Gaium II 191. Ceterum partem huius tituli a Gaio copiosius tractatam Vlpianus regularum more in iustam breuitatem redegit: uide locos Gai ascitos: addidit alia a Gaio praetermissa, uelut de utiliter relictis legatis (§§ 25—28): de ademptione (§ 29) et de adquisitione legatorum (§§ 30. 31): denique Gaianae disputationis ordinem ita de-

1 quo *ed. princ.* cũ *Vat.* 3 ut *Hugo 3.* iđ *Vat.* id est *ed. princ. Lachmannus.* id est ut *Hugo* (*Ciu. Mag. IV 402*) 4 pubertate *Vat.* decesserint, ut *Lachmannus* 5 exhereditates *Vat.* 7 hedẽ *Vat.* 8 prius *Lachmannus* (*conl. Vlp. l. 2, 4. D. XXVIII 6*). quis *Vat. ed. princ.* instituerit *ed. cum not. Cui. Fabrot. Schultingius.* instituheret *Vat.* institucret *ed. princ.* 10 com modo cũq: *Vat.* 14 idque] denique *Mommsenus* 14 *sq.* testamentum quod miles *ed. princ.* testamento cũ illis *Vat.* testamentum cum miles *Hugo 4* 15 iure *Vat.* 19 leges *Vat.*

ratiue, testamento relinquitur. nam ea quae precatiuo modo relinquuntur, fidei commissa uocantur.

2 Legamus autem quattuor modis: per uindicationem, per damnationem, sinendi modo, per praeceptionem. 3 Per uindicationem his uerbis legamus DO LEGO, CAPITO, SVMITO, SIBI HABETO: 4 per damnationem his uerbis HERES MEVS DAMNAS ESTO DARE, DATO, FACITO, HEREDEM MEVM DARE IVBEO: 5 sinendi modo ita HERES MEVS DAMNAS ESTO SINERE LVCIVM TITIVM SVMERE ILLAM REM SIBIQVE HABERE: 6 per praeceptionem sic LVCIVS TITIVS ILLAM REM PRAECIPITO.

7 Per uindicationem legari possunt res, quae utroque tempore ex iure Quiritium testatoris fuerunt, mortis et quo testamentum faciebat, praeter quam si pondere, numero, mensura contineantur: in his enim satis est, si uel mortis dum taxat tempore testatoris fuerint ex iure Quiritium. 8 Per damnationem omnes res legari possunt, etiam quae non sunt testatoris, dum modo tales sint, quae dari possint: (9) liber homo aut res populi aut sacra aut religiosa nec per damnationem legari potest, quoniam dari non potest. 10 Sinendi

seruit, ut legi Falcidiae, quam Gaius in mediam de legatis disputationem inmiscuit, in extremo titulo locum concederet. Cf. Böckingii syst. tab. cum adn. Comprehendit autem hic titulus has quas infra posui partes singulas:

1) legati definitio et genera legatorum. §§ 1—6. 2) quae res quoque genere legari possunt. §§ 7—11.

1 p̃cati*uo *Vat.* 6 sibi *Io. Cannegieterus.* siue *Vat. ed. princ.* habito *Vat. Cf.* XX 9. *Lachmannus* 8.10 m̃s (*id est* mens) *Vat.* 15 testatores (e *altera ex* i *pr. ma. corr.*) *Vat.* 16 quo *Bluntschelius.* quomodo *Vat.* quando *ed. princ.* quom *Böckingius* 17 numero mensurā *Vat.* mensura numero *ed. princ.* 19 testatoris *Lachmannus. omisit Vat. ed. princ.* 20.23 ligari *Vat.* 22 *Paragraphi signum deleri iussit Hugo I. C. A. p. 1606*

modo legari possunt res propriae testatoris et heredis eius. 11 Per praeceptionem legari possunt res, quae etiam per uindicationem.

11[a] Si ea res, quae non fuit utroque tempore testatoris ex iure Quiritium, per uindicationem legata sit, licet iure ciuili non ualeat legatum, tamen senatus consulto Neroniano firmatur, quo cautum est, ut quod minus exactis uerbis legatum est, perinde sit ac si optimo iure legatum esset: optimum autem ius legati per damnationem est.

12 Si duobus eadem res per uindicationem

3) de differentiis quibusdam generum legatorum. §§ 11[a]—14. Cf. Gai II 192—223: qui quidem in eo discedit ab Vlpiano, quod praemissa breuissima generum significatione (II 192) quodnis genus singulatim persequitur: uindicationem 193—200; damnationem 201—208; sineadi modum 209—215; praeceptionem 216—223. Deinceps statim ad legem

1.2 ligari *Vat.* 1 testatores (es *ex* is *m. pr. corr.*) *Vat.* 2 heredes *Vat.* 3.4 uindicationem. Si ea res *Cuiacius in notis.* uindicationem si ea res *Vat. ed. princ.* 4 *Distinxit* (*11[a]*) *Hugo 2* 5 legata (e *corr. ex* i *incertum qua manu*) *Vat.* 8 exactis *Lachmannus dubitanter.* pactis *Vat. ed. princ.* '*id est conceptis et legitimis uerbis. Cic. pro Roscio com. 16, 46.*' *Cuiacius in notis.* aptis *Victorius ad exempl. Monac.* perfectis *siue* probatis *Böckingius.* rectis *aut* iustis *alii apud Hugonem 3* 9 hac *Vat.* esset] .ẽ. *Vat.* 10.11 est. Si duobus *Cuiacius in notis.* .ẽ. si duob: *Vat. ed. princ.* 11 per uindicationem legata sit, siue coniunctim uelut T. et S. h. Stichum do lego, siue disiunctim uelut Titio hominem Stichum do lego, Seio eundem hominem do lego, iure *scripsi.* p uindicationem || legata sit. si u e r o coniunctim uelut t. et s. hominẽ i s t i c o do lego, iure *Vat.* per uindicationem legata sit, si quidem disiunctim, singulis in solidum debentur: si uero coniunctim uelut T. et S. hominem S t i c h u m do lego, iure *ed. princ.* si quidem ... debentur *deesse in cod. Tilii testatur Cuiacius Obs. XVII 28 et in Recitat. ad Cod. VI 51, pro quibus ipse in notis et Obs. l. c. haec:* si quidem disiunctim, singulis partes debentur *inseri iubet, quae in Cuiaciana b, sed haec:* si q. d. singulis *litteris inclinatis exarata, exhibentur.* per uindicationem legata sit, siue disiunctim, id est singulis in

legata sit, siue coniunctim uelut TITIO ET SEIO HOMINEM STICHVM DO LEGO, siue disiunctim uelut TITIO HOMINEM STICHVM DO LEGO, SEIO EVNDEM HOMINEM DO LEGO, iure ciuili concursu partes fiebant: non concurrente altero pars eius alteri adcrescebat: sed post legem Papiam Poppaeam non capientis pars caduca fit. 13 Si per damnationem eadem res duobus legata sit, siquidem coniunctim, singulis partes debentur (et non capientis pars iure ciuili in hereditatem remanebat: nunc autem caduca fit), quodsi disiunctim, singulis solidum debetur.

14 Optione autem legati per uindicationem data legatarii electio est, uel uti HOMINEM OPTATO, ELEGITO. idemque est et si tacite — — — —

Falcidiam transit 224—228. Quod contra Vlpianus prius quam ad

solidum, siue coniunctim, uelut .... do lego, iure *Göschenus Obs. iur. Rom. p. 33.* per uindicationem, siue disiunctim, uelut Titio hominem Stichum do lego, Seio eundem hominem do lego, legata sit, siue coniunctim uelut T. et S. h. Stichum do lego, iure *Hugo 4, et nisi quod transposuit* per uindicationem legata sit, siue disiunctim, uelut *e. q. s. Bluntschelius. Cf. Gai II 199 'Illud constat, si duobus pluribusue per uindicationem eadem res legata sit, siue coniunctim siue disiunctim, si omnes ueniant ad legatum, partes ad singulos pertinere et deficientis portionem collegatario adcrescere. coniunctim autem ita legatur T. et S. h. Stichum do lego: disiunctim ita Lucio Titio hominem Stichum do lego, Seio eundem hominem do lego.'* 5 partis *Vat.* et non *Hugo I. C. A. p. 1606* concurrente *Cuiacius in notis.* currenté *Vat.* currente *ed. princ.* 6 popeam *Vat. ed. princ.* 7 capientes *Vat.* 8 legata *Vat. corr. m. pr.* 9 coniunctū *Vat.* partes *Vat.* et non ... caduca fit *uncinis includi iussit Lachmannus* 10 hereditatē *Vat. ed. princ.* hereditate *Hugo 3.* 12 solidum *Vat. Cuiacianus b. Cuiacius in not. post.* in solidum *ed. princ.* 15 elegito *Vat.* eligito *ed. princ. Cf. Lachmannus* 15 *sqq.* idemq: ē: etsi tacite *legauerim Titio* hominē *aut decem heres meus dato* hominē dare heredis

— HOMINEM — — — HERES — — — HOMINEM DARE, heredis electio est, quem uelit dare.

15 Ante heredis institutionem legari non potest, quoniam uis et potestas testamenti ab here-

eam legem ueniat 4) de iis utiliter legatis §§ 15—24: de quibus Gaius II 229—245.

electio .ẽ. *nisi* X uelit dare *Vat.*, *in quo* tacite *est a m. pr. in litura*, *relicua inclinatis litteris expressa a sec. ma. in lacuniis codicis addita: in* heredis i *m. alt. ex* e *facta*, *denique* uelit dare (*ut sequens* ante) *pr. ma. sed pallido atramento scripta.* idemque est et si tacite legauerim Titio hominem, aut decem, heres meus dato hominem dare heredis electio est *rel. om. ed. princ. In cod. Tilii tria uacua spatia esse ab* idemque est *usque ad* hominem, *et ab hoc uerbo usque ad* heres *et ab hoc rursus ad illa* hominem dare heredis electio est, *praeterea haec* quem uelit dare *oblitterata fuisse*, *ita tamen ut adhuc agnosci potuerint illa* uelit dare *testatur Cuiacius Obs. XVII 28*, *ubi haec ille supplementa:* idemque est si (est et si *Cuiaciana b*) generaliter legauerim Titio hominem. At si ita heres meus damnas esto hominem dare heredis electio est, quem uelit dare *proposuit*, *exhibita*, *sed illa* si generaliter . . . Titio *et postea* quem *inclinatis litteris expressa*, *in Cuiaciana b.* idemque est, si tacite legauerim Titio hominem. At si ita: Heres meus damnas esto hominem dare, heredis electio est *rel. om. Cuiacius in notis.* idemque est, et si ita cui legauerim: Titio hominem do. at si ita dixerim heres meus damnas esto hominem dare, heredis electio est quem uelit dare *Göschenus.* idemque est et si tacite optionem ita legauerim: Titio hominem do lego. Quod si per damnationem legatum sit, ueluti hoc modo: Titio hominem aut decem heres meus damnas esto dare, h. e. e., quem u. d. *Zurneddenus apud Hugonem 5 praef.* idemque est etsi tacite data sit optio, hoc modo: Titio hominem do lego. si uero per damnationem, uelut heres meus damnas esto hominem dare, h. e. e., quem u. d. *Lachmannus.* idemque est, etsi tacite legauerim optionem. At si ita: heres meus damnas esto hominem dare, heredis electio est, quem uelit dare *Sauinius* (*Obligationenr. I 393*) 3 heredis (*is m. alt. ex* e *corr.*) institutionẽ (~ *m. alt.*) *Vat.* 4 uis *Io. Cannegieterus*, *Lachmannus* (*conl. Paul. l. 1 D. XXVI 1. Gai I 122. Cf. IV 144 al.*). *omisit Vat. ed. princ.*

dis institutione incipit. 16 Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari uideatur, quod iuris ciuilis ratio non patitur. in mortis autem heredis tempus legari potest, uelut CVM HERES MORIETVR.

17 Poenae causa legari non potest. poenae autem causa legatur, quod cohercendi heredis causa relinquitur, ut faciat quid aut non faciat, non ut ad legatarium pertineat, ut puta hoc modo SI FILIAM TVAM IN MATRIMONIO TITIO CONLOCAVERIS, DECIM MILIA HS. SEIO DATO.

18 Incertae personae legari non potest, uel uti QVICVMQVE FILIO MEO FILIAM SVAM IN MATRIMONIO CONLOCAVERIT, EI HERES MEVS TOT MILIA HS.

1 institutionē (˜ *m. alt.*) *Vat.* 3 in *ed. princ.* (*Cf. XXVIII 8. Pauli Sent. Recept. III 6, 6*). & *Vat.* ad *Lachmannus* 4 legari (i *pr. ma. ut uid. in* e *corr.*) *Vat.* 5 morietur *Lachmannus* (*Cf. Paul. l. c.*). moriatˆ *Vat. ed. princ. ut Veron. Gai II 232* 6 paene *Vat. bis* ligari *et* 7 ligatur *Vat.* 7 cohercendi *Vat.* causa *ed. princ. omisit Vat. Cf. Gai II 235: 'poenae autem nomine legari uidetur quod coercendi heredis causa relinquitur.' Fortasse* poenae .. causa legatur (*siue* legatũ. ē.) quod cohercendi heredis relinquitur. *Cf. l. 38 D. XL 7. Vid. l. 2 D. L 14. Gai IV 147 Lachm. Rudim. Inst. gramm. II 116 Stallb.*

8 quid *Cuiacius in not. marg. Cuiacianae b.* quidē *Vat. ed. princ.* 9 ad legatarium *marg. Cuiacianae b.* legatarũ *Vat. Cuiaciana b.* legatum *ed. princ.* 10.13 matrimonio *Vat. ed. princ.* (*Cf. l. 77, 1 D. XXXVI 1*). matrimonium *utrobique Böckingius* 11 decem (decim *scripsi. cf. I 24*) milia HS. *Böckingius.* decē mi decem *Vat.* (i *m. pr. superscr.* mĩ *linea transducta delendum significauit m. alt., eadem* decem *in spatio a pr. ma. relicto addidit*). decem milia *ed. princ.* 12 incerte psona *Vat.* 13 filiũ meũ *Vat.*

14 heres meus *Schultingius.* homini *Vat. ed. princ* tot milia HS. *Böckingius.* tot mi centum *Vat.* (*lineam per* tot mi *transductam et superscriptum* centum *alt. ma. addidit*). tot mi..... *Cuiaciana b.* tot milia *ed. princ.* tot sestertium milia *Huschkius*

DATO. sub certa tamen demonstratione incertae personae legari potest, uelut EX COGNATIS MEIS, QVI NVNC SVNT, QVI PRIMVS AD FVNVS MEVM VENERIT, EI HERES MEVS ILLVD DATO.

19 Neque ex falsa demonstratione neque ex falsa causa legatum infirmatur. falsa demonstratio est uelut TITIO FVNDVM, QVEM A TITIO EMI, DO LEGO, cum is fundus a Titio emptus non sit. falsa causa est uelut TITIO, QVONIAM NEGOTIA MEA CVRAVIT, FVNDVM DO LEGO, ut negotia eius numquam Titius curasset.

20 A legatario legari non potest. 21 Legatum ab eo tantum dari potest, qui ....: ideoque filio familiae herede instituto uel seruo, neque a patre neque a domino legari potest. 22 Heredi a semet ipso legari non potest. 23 Ei qui in potestate, manu mancipioue est scripti heredis, sub condìtione legari potest, ut requiratur, an quo tempore dies legati cedit, in potestate

1 incertae *Vat. m. alt. ed. princ.* incerta *Vat. m. pr.* 3 primus *Böckingius.* primo *Vat. ed. princ.* 4 m̃s *Vat. Cf. p. 57, 8* 7 uelut Titio] ueluti Seio *Hugo 5 praef.* 8 is fundus *ed. princ.* his fundos *Vat.* his fundus *Cuiacius in not. post.* is *in edd. quibusd. cum not. Cuiacii omissum* lego. Cum is f. . . . non sit, falsa *ed. princ.* 10 ut] cum *Cuiacius in notis.* utut *Hugo 3* 13 ab eo *Cuiacius in notis. Vat. m. pr. Cuiaciana b.* ei *corr. Vat. m. alt. ed. princ.* extraneus est *Vat. m. alt. addidit in spatio pr. m. uacuo relicto. ed. princ. In cod. Tilii uacuum spatium fuisse testatur Cuiacius in not. post.* ex sua persona heres est *Cuiacius in not. inclin. litt. Cuiaciana b.* ex testamento heres est *Schultingius (conl. Vlp. l. 3 § ult. D. XXXVIII 6).* testamento heres scriptus est *Lachmannus (conl. XIX 13)* 14 herede *Schultingius, Vat.* heredi *ed. princ.* 15 ligari *Vat.* 16 ip*soligari *Vat.* 18 legari *corr. ex* ligari *Vat.* ut requiratur *Vat. Cuiaciana b.* sed (ut *Hugo I. C. A. p. 1606*) requiritur, ut *ed. princ.* 19 an *Lachmannus (conl. § 32 I. de leg. II 20). omisit Vat. edd.* legati *Vat.* (e *corr. ex* i, *et* ti *in lit.*)

heredis non sit. 24 Ei cuius in potestate, manu mancipioue est heres scriptus, legari potest.

25 Sicut singulae res legari possunt, ita uniuersarum quoque summa legari potest, ut puta hoc modo HERES MEVS CVM TITIO HEREDITATEM MEAM PARTITO, DIVIDITO: quo casu dimidia pars bonorum legata uidetur: potest autem et alia pars, uelut tertia uel quarta, legari: quae species partitio dicitur.[5]

26 Vsus fructus legari potest iure ciuili earum rerum, quarum salua substantia utendi fruendi potest esse facultas, et tam singularum rerum, quam plurium, item partis. 27 Senatus consulto cautum est, ut etiam si earum rerum, quae in abusu continentur, ut puta uini, olei, tritici usus fructus legatus sit, legatario res tradantur, cautionibus interpositis de restituendis eis, cum usus fructus ad legatarium pertinere desierit.

5) de utiliter relictis legatis. §§ 25—28.

1 num sit *Mommsenus* 2 legari potest *marg. utriusque Cuiacianae. Cuiacius Obs. VI 37 et in not. post.* legari (e *corr. ex* i *ut u. 3*) non potest *Vat. ed. princ.* legari omnino potest *P. Faber in not. Cf. Gai II 245 'Ex diuerso constat ab eo qui in potestate [tua] est herede instituto recte tibi legari.'* 4 hoc modo *Erbius* (*Hugo Ciu. Mag. IV 402*). modo *Vat.* Meuius *ed. princ.* 5 m̃s *Vat. Cf. p. 57, 8* 6 partito, diuidito *Cuiacius in not.* partito diuidito *Vat. ed. princ.* partitor, diuidito *Hugo I. C. A. p. 1606. Cf. Nonius p. 472, 11 'partiret pro partiretur.' p. 475, 20* 6 *sq.* bonorũ | legata *Vat.* bonorum .... legata *Cuiaciana b.* bonorum legata *ed. princ.* bonorum Titio legata *Schultingius.* bonorum ei legata *Böckingius* 8 . 10 ligari *Vat.* 9 dicitur *scripsi.* appellatur *Vat. m. alt. in uacuo spatio addidit. Cuiaciana b inclinatis litteris. ed. princ.* 10 iure ciuili legari potest *ed. princ.* 11 substantiã *Vat.* 13 plurimũ *Vat.* item *Heisius* (*Hugo I. C. A. p. 1606*). id .ẽ. *Vat. ed. princ.* patissinato consulto *Vat.* 14 quà *Vat.*

28 Ciuitatibus omnibus, quae sub imperio populi Romani sunt, legari potest: idque a diuo Nerua introductum, postea a senatu auctore Adriano diligentius constitutum est.

29 Legatum, quod datum est, adimi potest uel eodem testamento uel codicellis testamento confirmatis, dum tamen eodem modo adimatur, quo modo datum est.

30 Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si iam die legatorum cedente legatarius decesserit. 31 Legatorum, quae pure uel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem iure ex mortis testatoris tempore, per legem autem Papiam Poppaeam ex apertis tabulis testamenti: eorum uero, quae sub conditione relicta sunt, cum conditio extiterit.

32 Lex Falcidia iubet non plus quam dodrantem totius patrimonii legari, ut omni modo quadrans integer apud heredem remaneat.

6) de ademptione et adquisitione legatorum §§ 29—31 agit: quibus nihil est in Gai institutionibus quod respondeat. Postremo 7) de modo legatorum ad legem Falcidiam. §§ 32. 33. Legem Falcidiam de summa in legatis permissa Gaius quoque tetigit, sed non eodem ut monui disputationis ordine: II 224—228. Ceterum Gaius etiam antiquiorum quae huc pertinerent legum mentionem fecit, h. e. legis XII tabb., Furiae, Voconiae, postremo Falcidiae, addito: 'et hoc iure nunc utimur.' Quare Mommsenus Vlpiani breuiatorem putat antiquiores illas de summa in legatis permissa leges, quippe quas abolitas esse uideret, suo periculo resecuisse: lex Furia quidem testamentaria bis alibi in his excerptis commemoratur I 2. XXVIII 7: cuius inconstantiae nota non in Vlpianum, sed in eius breuiatorem cadit.

1 populi Romani *Cuiacius in notis (conl. l. 26 D. XXXVI 1). marg. Cuiacianae b.* p̃toriani *Vat. cod. Tilii teste Cuiacio Obs. XVII 28. ed. princ. Cf. XX 16* 3 Hadriano *Böckingius.* Marco *(conl. l. 20 D. XXXIV 5) Cuiacius in not.* 6 codicellis *Vat.* codicillis *edd. Cf. II 12* 11 legatariũ *Vat.* 14 papiam popeam *ed. princ.* po*peã. papeam *Vat.* 15 condicione *Vat.* 16 extiterit. Lex *edd. cum not. Cuiacii.* exteterit. lex *Vat.* extiterit, lex *ed. princ.* 18 legari* *Vat.*

33 Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

XXV DE FIDEI COMMISSIS

1 Fidei commissum est, quod non ciuilibus uerbis, sed precatiue relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis proficiscitur, sed ex uoluntate datur relinquentis. 2 Verba fidei commissorum in usu fere haec sunt FIDEI COMMITTO, PETO, VOLO DARI et similia. 3 Etiam nutu relinquere fidei commissum in usu receptum est. 4 Fidei commissum relinquere possunt, qui testamentum facere possunt, licet non fecerint: nam intestatus quis moriturus fidei commissum relinquere potest. 5 Res per fidei commissum relinqui possunt, quae etiam per damnationem legari possunt. 6 Fidei commissa

C. DE FIDEI COMMISSIS. XXV. Hoc titulo Vlpianus a consilio et ordine disputationis Gaianae subinde deflexit. Ni mirum ille, fere eandem uiam ut in legatis persecutus, a fidei commissi definitione ac formula usuque exorditur (§§ 1. 2. 3): ac deinceps omnium fidei commissorum communia disputat, h. e. quis (§ 4) quid (§ 5) cui (§ 6) fidei committere possit, deque fidei commissi ac legati differentiis

1 *sq.* repetitio est *Cuiacius in not.* ('*aut: haec sententia accipienda est de legatis damnationis: quibus adici possunt legata incertis personis soluta ... aut quod magis est, negatio abundat.*'). *Cf. Gai II 283* '*item* [*quod*] *quisque ex fidei commisso plus debito per errorem soluerit, repetere potest: at id quod ex causa falsa per damnationem legati plus debito solutum sit, repeti non potest. idem scilicet iuris est de eo legato, quod non debitum uel ex hac uel ex illa causa per errorem solutum fuerit.*' 5 p̃catiue *Vat.* relinquetur *Vat.* 6 iure *Vat.* 7 relinquentes *Vat.* 8 uere haec sunt *Vat.* fere sunt haec *ed. princ.* 10 in usu *Vat. ed. princ.* usu *Hugo l. C. A. p. 1607.* in usum *prop. Böckingius. Cf. Schillingius Diss. crit. p. 56* fidei commissum *ed. princ.* fidei cõmisso *Vat. Cuiaciana b* 12 *Fortasse* nam et intestatus *ed. princ.* intestatu *Vat.* intestato *Cuiaciana b*, *Lachmannus* quis] quamuis *Mommsenus*

dari possunt his, quibus legari potest. 7 Latini Iuniani fidei commissum capere possunt, licet legatum capere non possint. 8 Fidei commissum et ante heredis institutionem, et post mortem heredis, et codicellis etiam non confirmatis testamento dari potest, licet ita legari non possit. 9 Item Graece fidei commissum scriptum ualet, licet legatum Graece scriptum non ualeat. 10 Filio, qui in potestate est, seruoue heredibus institutis seu his legatum sit, patris uel domini fidei committi potest, quamuis ab eo legari non possit. 11 Qui testamento heres institutus est, codicellis etiam non confirmatis rogari potest, uel ut hereditatem totam uel ex parte alii restituat, quamuis directo heres institui ne quidem confirmatis codicellis possit. 12 Fidei commissa non per formulam petuntur, ut legata: sed cognitio est Romae quidem consulum aut praetoris, qui fidei commisso uocatur, in pro-

(§§ 7—11) et de petitione fidei commissi (§ 12) quaeque non ualeant fidei commissa (§ 13) exponit. Gaius autem ab hereditatibus fidei commissariis, de quibus Vlpianus §§ 14—16, exorsus (II 246—259), ad singularum rerum fidei commissa (II 260—262) pergit ac praecipue eam, cuius Vlpianus breui in extremo titulo mentionem facit, fidei commissariam libertatem (II 263—267) copiosius tractat: denique desinit in fidei commissorum legatorumque differentiis (II 268—289). Praeterea Vlpia-

1 his quibus *ed. princ.* hi qui *Vat.* his qui *Cuiaciana b*, *sed* quibus legari non potest *in marg.* fidei commissa dare possunt hi qui legare possunt *Cuiacius in not. post.* legari (*corr. ex* ligari) *Vat.* 5 codicellis *Cuiaciana b.* codicelli *Vat.* codicillis *ed. princ.* 6 licet ita *Huschkius.* licet *Vat. edd.* 7 grece *et* 8 grecé *Vat.* 9.10 seu his *Vat. Cuiaciana b.* seu si his *ed. princ.* 11 ligari *Vat.* 12.15 codicellis *Vat. Cuiaciana b.* codicillis *ed. princ.* 13 *Fortasse* uel *delendum: cf. Gai II 273. 277. Sed uide p. 70, 3* 14 partē *Vat.* directo *Vat. Cuiaciana b.* ex directo *ed. princ.* 17 legata (*corr. e* ligata) *Vat.* 18 fidei cōmisso *Vat. prob. Lachmannus*, *idem* de fidei commisso *coniciens.* fidei commissarius *ed. princ.*

uineiis uero praesidis prouinciae. 13 Poenae causa uel incertae personae ne quidem fidei commissa dari possunt.

14 Is qui rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus puta quam dodrantem restituere rogatus est, ex Trebelliano senatus consulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas: lege autem Falcidia interueniente, quoniam plus dodrantem uel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, ex Pegasiano senatus consultu restituit, ut deducta parte quarta ipsi, qui scriptus est heres, et in ipsum actiones conseruentur, is autem, qui recipit hereditatem, legatarii

nus sub finem tituli § 17 a Gaio omissum fidei commissum tacitum leuiter perstringit. Cf. Böckingii syst. tab. cum adn.

1 praesidis prouinciae *scripsi Lachmanno auctore*. psidib: prouinciarū *Vat.* praesidum prouinciarum *edd.* praesidis prouinciarum *praefert Lachmannus. Cf. Gai II 278* '*fidei commissa uero Romae quidem aput consulem uel aput eum praetorem, qui praecipue de fidei commissis ius dicit, persequimur: in prouinciis uero aput praesidem prouinciae.*' paene *Vat.* 2 eausa uel *Sauinius* (*Hugo* 2). causa *** | *** uel *Vat.* causa certae uel *ed. princ.* 4 his *Vat.* 5 locum *ed. princ. inclinatis litteris Cujaciana b. omisit Vat.* 6 plus puta *ed. princ.* plus puta *Vat.* plus.....puta *Cuiaciana b* 7 tribelliano *Vat.* 10 plus dodrantem *Vat.* plus quam dodrantem *ed. princ.* plus dodrante *Hugo 5 praef. Cf. XXVIII 7. Hugo (Ciu. Mag. IV 405). Lachmannus. Vide l. 25 § 1 D. VII 1 'plus pretium soluit.' Brissonius Parerg. 74* 11 restituhere *Vat.* est *Hugo I. C. A. p. 1607* pecatiano *Vat.* 12 consultu *Vat.* consulto *edd.* ut *Cuiacius in not. et in marg. Cuiacianae b, Vat.* uel *ed. princ.* ipsi *Hugo (Ciu. Mag. IV 403).* ipse *Vat. ed. princ.* 13 heres, et *Hugo.* heres *Vat.* heres hereditatem restituat et *ed. princ. Cuiaciana b, sed* hereditatem restituat *inclinatis litteris* actionis *Vat.* 'Vt deducta parte quarta in ipsum actiones conseruentur. *Cetera desunt.*' *Cuiacius in not. post.* 14 recipit *Vat. Cuiaciana b.* recepit *ed. princ.*

loco habeatur. 15 Ex Pegasiano senatus consultu restituta hereditate commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem et eum, cui reliquae partes restitutae sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum partis et pro parte stipulationum. partis autem et pro parte stipulationes proprie dicuntur, quae de lucro et damno communicando solent interponi inter heredem et legatarium partiarium, id est cum quo partitus est heres. 16 Si heres damnosam hereditatem dicat, cogitur a praetore adire et restituere totam, ita ut ei et in eum, qui recipit hereditatem, actiones dentur, proinde atque si ex Trebelliano senatus consultu restituta fuisset. idque ut ita fiat, Pegasiano senatus consulto cautum est.

17 Si quis in fraudem tacitam fidem adcommodauerit, ut non capienti fidei commissum restituat, nec quadrantem eum deducere senatus censuit, nec caducum uindicare ex eo testamento, si liberos habeat.

18 Libertas dari potest per fidei commissum.

XXVI DE LEGITIMIS HEREDIBVS

1 Intestatorum ingenuorum hereditates pertinent

D. DE LEGITIMIS HEREDITATIBVS: quo comprehenduntur a) de gentiliciorum hereditatibus: XXVI; b) DE LIBERTORVM SVCCESSIONIBVS: XXVII. Cf. Schillingius Diss. crit. p. 64.
HEREDIBVS, quod est in inscriptione tit. XXVI, a breuiatore pro-

1 locũ *Vat.* pecatiano *Vat.* consultu *Vat.* consulto *edd.* 5 partes & pro partes *Vat.* 6 partes aũt et ꝑ partes stipulationis ꝑpriae *Vat.* 9 partiarũ *Vat.* 11 cogitur *Hugo 5 praef.* coget̃ *Vat. ed. princ.* restituhere *Vat.* 12 eum] eo *Vat.* actionis *Vat.* 13 ꝑinde *Vat. Cuiaciana b.* perinde *ed. princ.* Tribelliano *Vat.* consultu *Vat.* consulto *edd.* 14 pegatiano *Vat.* 15 cautum est *ed. princ.* cautũ *Vat. Cuiaciana b.* cauetur *prop. Böckingius* 20 liberos *Vat. in litura* si ex liberis existat *Cuiacius in notis* 23 pertinent *Collatio. ed. princ. Vlp.* pertinet *Vat.*

primum ad suos heredes, id est liberos, qui in potestate sunt, ceterosque, qui in liberorum loco sunt: si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est fratres et sorores ex eodem patre: si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id est cognatos uirilis sexus per mares descendentes eiusdem familiae. id enim cautum est lege duodecim tabularum hac SI INTESTATO MORITVR, CVI SVVS HERES NEC ESCIT, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.

fectum, Vlpianus h e r e d i t a t i b u s scripserat, exhibitum in Collatione TIT. XVI DE LEGITIMA SVCCESSIONE KAP. IIII. VLPIANVS LIBRO SINGVLARI SVB TITVLO DE LEGITIMIS HEREDITATIBVS (V l p i a n u s ... t i t u l o om. Vind.): Intestatorum ... HABETO.' Cf. Schillingius Diss. crit. p. 15 sq. et p. 48 sq.

§ 1 Ingenuorum] g e n t i l i c i o r u m Collatio, quod ab Vlpiano scriptum excerptor mutauit eodem consilio, quo conseruata in eodem Collationis titulo § 2 Vlpiani uerba (uide XXVI 6), quippe quae ita desinerent: n u n c n e c g e n t i l i c i a i u r a i n u s u s u n t, extinxit. Vide de illa permutatione Hugonem (Ciu. Mag. VI 498), Lachmannum, denique Mommsenum.

De gentiliciorum autem hereditatibus Vlpianus bipertite agit,

2 in liberorum *Vat. ed. princ. Vlp. Vind. Coll.* liberorum *Berol. Coll. Cf. Schillingius Diss. crit. p. 55. Heimbachius (Leipz. Repert. 1843 III p. 108)* 3 non sint *Collatio* 4 et] aut *Vind. Coll.* patrem *Berol. Coll.* 5 proximos id est cognatos *omisit Collatio* 6 uirili *Vind. Coll.* matres *Vind. Coll.* eusdem *Berol. Coll.* 7 id] his *Berol. ed. Pith. Coll.* sic *Cuiacius* legem *Berol. Coll.* 8 hac *Collatio. Vat. Cuiaciana b Vlp.* ac *ed. princ.* ast *Ant. Contius Breu. coll. uet. l. XII tab. fragm. p. 271.* at *Io. Cannegieterus. Cf. Dirksenus (Zwölf-Taf. Fragm. p. 349 sqq.)* intestato *Vat. Cuiaciana b Vlp.* intestatus *Collatio. ed. princ. Vlp.* cui suus] cuius *Collatio* 9 escit *Charondas Leg. XII Tab. 25. Cuiacius Obs. VII 18.* omisit sed lacuna relicta *Vat. Vlp.* est *Collatio.* sit *Hauboldus Leg. XII Tab. 14 in Prodr. nou. edit. Inst. Cf. O. Mülleri Festus p. 386* cui suus extabit heres, nec *ed. princ.* cui suus heres nec extabit *Cuiacius in not. Cuiaciana b* familiam *Vind. Coll. ed. princ. Vlp.* familia *Berol. Coll.* familiae *Vat. Vlp.* habeto *Vat. edd. Vlp.* habeatur *codd. edd. Coll.*

2 Si defuncti unus sit filius, ex altero filio mortuo item nepos unus uel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet, non ut in capita diuidatur, sed in stirpes, id est ut filius solus mediam partem habeat et nepotes, quotquot sunt, alteram dimidiam: aequum est enim nepotes in patris sui locum succedere et eam partem habere, quam pater eorum, si uiueret, habiturus esset.

3 Quam diu suus heres speratur heres fieri posse, tam diu locus agnatis non est, uelut si uxor defuncti praegnans sit, aut filius aput hostes sit.

4 Agnatorum hereditates diiduntur in capita: uelut si sit fratris filius et alterius fratris duo pluresue liberi, quotquot sunt ab utraque parte personae, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.

5 Si plures eodem gradu sunt agnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, uel ante quam adierint decesserint, eorum pars adcrescit his, qui adierint. quodsi nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas

ut 1) legis XII praecepta proponat. §§ 1—6: Gai III 1—16.

1 defuncti unus *Io. Cannegieterus*, *Lachmannus*. defunctus *Vat. ed. princ.* defuncti *Cuiacius in not.* defuncto *Hugo* 2 et ex *Cuiacius in not.* 2 mortuo item *Lachmannus*. mortuo iam *Vat. ed. princ.* iam mortuo *Cuiacius in not.* nepus *Vat.* 3 sed] sed ut *ed. princ.* 4 stirpe *Vat.* 6 equū *Vat.* in p. s. locum *Hugo* (*Civ. Mag. IV 405*). in p. s. locō *Vat.* p. s. loco *ed. princ. Cf. Gai III 8 'placebat nepotes neptesue ... in parentis sui locum succedere.'* 7 habete *Böckingii apogr. Vat.*
9 here fieri *Vat.* 11 pregnans *Vat.* aput *Vat.*
14 ueluti *ed. princ.* frater filius *Vat.* plures uel *Vat.* 18 sint *Hugo I. C. A. p. 1607* 21 adierunt *Hugo ibid.*

non transmittitur, quoniam in legitimis hereditatibus successio non est.

6 Ad feminas ultra consanguineorum gradum legitima hereditas non pertinet: itaque soror fratri sororiue legitima heres fit.

7 Ad liberos matris intestatae hereditas ex lege duodecim tabularum non pertinebat, quia feminae suos heredes non habent: sed postea imperatorum Antonini et Commodi oratione in senatu recitata id actum est, ut sine in manum conuentione matrum legitimae hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis et reliquis agnatis. 8 Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet: sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quattuor, legitima heres fit ex senatus consulto Tertulliano, si tamen ei filio neque suus heres sit, quiue inter suos heredes ad bonorum possessionem a praetore uocatur, neque pater, ad quem lege

§ 6] Post hanc paragraphum omissa ab excerptore Vlpiani uerba, quae Collatio XVI 4, 2 seruauit, Böckingio auctore addenda sunt: 'Si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem uocat his uerbis SI AGNATVS NEC ESCIT, GENTILES FAMILIAM HABENTO. Nunc nec gentilicia iura in usu sunt.' In quem locum haec est scripturae discrepantia: eamdem Ber. eandem Vind. uocant Ber. uocantur Vind. si agnatus Scal. apogr. in marg. si gnatus Ber. sic natus Vind. nec escit Charondas Leg. XII Tab. 26, Cuiacius Obs. VII 18. nescit Ber. Vind. familias Vind. habento. Nunc] heres hanc libri. habento corr. Charondas l. c. nunc Oiselius ap. P. Pithoeum. Cf. Dirksenus l. c. p. 357 sqq. Schillingius Diss. crit. p. 65—85 in usus est Vind. Cf. Gai III 17: 'Si nullus agnatus sit, eadem lex XII tabularum gentiles ad hereditatem uocat: qui sint autem gentiles primo commentario rettulimus: et cum illic admonuerimus totum gentilicium ius in desuetudinem abisse, superuacuum est hoc quoque loco de ea re curiosius tractare.'

2) de senatus consultis Orphitiano et Tertulliano disserat §§ 7. 8: de quibus nihil est apud Gaium: cf. tamen Gai III 24.

3 gradu *Vat.* 5 sorori uel *Vat.* 6 matre intestate *Vat.* 8 jmp. antoninus *Vat.* 10 manum *Hugo* 2. manu *Vat. ed. princ. Sed uide Brissonium Parerg. 73* cuentioné *Vat.* 14 pertinet *parum conuenire cum* pertinebat *u. 7 opinatur Hugo I. C. A. p. 1601* 18 possessione *Vat.* 19 legē *Vat.*

hereditas bonorumue possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus: quodsi soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere iubetur hereditas.

XXVII DE LIBERTORVM SVCCESSIONIBVS VEL BONIS

1 Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet, deinde ad eos, quorum liberti sunt, uelut patronum, patronam liberosue patroni. 2 Si sit patronus et alterius patroni filius, ad solum patronum hereditas pertinet. 3 Item patroni filius patroni nepotibus obstat. 4 Ad liberos patronorum hereditas defuncti pertinet, ita ut in capita, non in stirpes, diuidatur.

5 Legitimae hereditatis ius, quod ex lege duodecim tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

XXVIII DE POSSESSIONIBVS DANDIS

1 Bonorum possessio datur aut contra tabulas testamenti, aut secundum tabulas, aut intestati.

b) DE LIBERTORVM SVCCESSIONIBVS: XXVII. De huius tituli inscriptione recte olim Schultingius: 'de bonis hic non agitur generaliter: adeoque illa DE BONIS forte sunt ab illo qui haec excerpsit.' Cuius inscriptionis incommoda deinceps Schillingius, Lachmannus, denique Mommsenus significarunt. Apud Gaium nihil est, quod huic titulo respondeat.

Post § 1 inseri iubet Mommsenus Collat. XVI 4, 2, quem locum nos Böckingium secuti ad XXVI 6 ascripsimus.

§ 5 qui hunc locum obtineat e Gai III 51 perspici monet Lachmannus. Sed cf. Böckingii syst. tab. cum adn.

XXVIII DE POSSESSIONIBVS DANDIS: XXVII 5—XXVIIII. Cf. Gai III 18—76. Vide ad tit. XVIIII et XX. Vlpianum de honorum

11 patrũ *Vat.* 12 *Fortasse* alterius patroni nepotibus. *Cf. Gai III 60. Pauli Sent. Rec. III 2, 1. L. 23, 1 D. XXXVIII 2* 13 pertinet, ita ut *Io. Cannegieterus.* ptinet aut *Vat.* pertinet ut *edd.* 14 stirpe *Vat.*
20 secundum *Bluntschelius* (*cf. XX 14*). '*addit in marg. manuscr.* secundum' *marg. Char. a.* aduersus *Vat. ed. princ.* aut *Cuiacius in not. omisit Vat. ed. princ.*

2 Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis testamento praeteritis, licet legitimo iure non ad eos pertineat hereditas. 3 Bonorum possessio contra tabulas liberis tam naturalibus quam adoptiuis datur: sed naturalibus quidem emancipatis, non tamen et illis, qui in adoptiua familia sunt, adoptiuis autem his tantum, qui in potestate manserunt. 4 Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cauere fratribus suis, qui in potestate manserunt, bona, quae moriente patre habuerunt, se conlaturos.

5 Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum, quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nolint. 6 Etiam si iure ciuili non ualeat testamentum, forte quod familiae mancipatio uel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit non minus quam septem testium ciuium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

7 Intestati datur bonorum possessio per septem gradus: primo gradu liberis, secundo legitimis he-

possessionibus scripsisse Schultingius arbitratur. Distribuitur argumentum in partes quattuor: a) de possessionibus dandis ex edicto successorio: XXVIII; b) de bonis libertorum possidendis ex edicto partis dimidiae et lege Papia: XXIX; c) de bonis Latinorum libertorum; d) de bonis eorum qui dediticiorum numero sunt. Atque duae partes postremae mutilato epitomae exitu ablatae sunt. Primam autem partem, compendiose a Gaio III 26—38 absolutam, multo plenius hoc titulo exposuit Vlpianus, ita quidem, ut

1) de personis quibus aut contra tabulas (§§ 2—4), aut secundum tabulas (§§ 5. 6), aut intestati (§§ 7—9) bonorum possessio detur,

2 legitimo iure *Lachmannus*. legitimo *Vat*, *Cuiaciana b*. legitima *ed. princ.* 3 non ad eos *Vat. Cuiaciana b.* ad eos non *ed. princ.* 4 tam naturalibus quam adoptiuis] *Cf. XI 1* 8 etiam emancipatis *post Schultingium Io. Cannegieterus* 10 fratribus *Cuiacius in not*: patrib: *Vat. ed. princ.* 11 habuerint *Hugo I. C. A. p. 1607*. 15 nolint *ed. princ.* nollent *Vat.* nolit *prop. Böckingius*, uoluerit *Huschkius* 16 testamento *Vat.* 17 defuit ** *Vat.* 21 intesti *Vat.* 22 secundū *Vat.*

redibus, tertio proximis cognatis, quarto familiae patroni, quinto patrono, patronae, item liberis uel parentibus patroni patronaeue, sexto uiro, uxori, septimo cognatis manu missoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet. et si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed ius suum omiserit, populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria. 8 Liberis bonorum possessio datur tam his, qui in potestatem usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis, item adoptiuis, non tamen etiam in adoptionem datis. 9 Proximi cognati bonorum possessionem accipiunt non solum per feminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite diminuti: nam licet legitimum ius agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

10 Bonorum possessio datur parentibus et liberis intra annum, ex quo petere potuerunt, ceteris intra centum dies. 11 Qui omnes intra id tempus si

2) de temporibus quibus detur bonorum possessio (§§ 10.11) deque datae possessionis effectu (§§ 12.13) agat.

1.2 familiae patroni, quinto patrono *Cuiacius in not. post.* familiae patroni patrono *Vat.* familiae: quinto patrono *ed. princ.* 2 item liberis uel parentibus *Huschkius* (*Studien p. 77*). item liberosue *Vat.* liberisue *ed. princ.* item liberis parentibusue *Cuiacius in not. post.* *E cod. Tilii Cuiacius Obs. XX 34 sententiam ita refert: 'Rectissime Vlpianus — — lib. Reg., ut in ipso originali legi, quod est penes Iac. Tilium — —* Intestati bon. possessionem dari quarto g r a d u familiae patroni. Q u i n t o patrono patronae..item liberis patroni patronaeue, *ubi quartum et quintum gradum uocat, quam ante ex Inst. Iust. dixi quintum et sextum.'* 3 patroneue *Vat.* uero *Vat.* 5 licet. et si nemo *Vat. Cuiaciana b.* licet, si nemo *ed. princ. Distinctionem corr. Cuiacius in not.* 9 potestatē *Vat. ed. princ.* potestate *Charondas* 11 itém *Vat.* adoptionem *ed. princ.* adoptione *Vat. Cuiaciana b. Sed cf. Brissonius Parerg. 73* 12 possessione *Vat.* 14 diminutis *Vat.* 16 amisérint *Vat.* 19 omnis *Vat.*

non petierint bonorum possessionem, sequens gradus admittitur, perinde atque si superiores non essent: idque per septem gradus fit.

12 Hi quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio praetoris. ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, ficticiis actionibus opus est, in quibus heredes esse finguntur.

13 Bonorum possessio aut cum re datur, aut sine re: cum re, cum is, qui accepit, cum effectu bona retineat, sine re, cum alius iure ciuili euincere hereditatem possit: ueluti si suus heres sit, intestati bonorum possessio sine re est, quoniam suus heres euincere hereditatem iure legitimo possit.

XXVIIII DE BONIS LIBERTORVM

1 Ciuis Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit: ideoque siue testamento facto decedat, licet suus heres ei non sit, seu in-

XXVIIII DE BONIS LIBERTORVM] Haec est altera pars eius disputationis, quae est de bonorum possessionibus (cf. ad tit. XXVIII. Gai III 39—54), in qua desinit mutila epitomae conditio: et ne hunc quidem

1 bonorum *Vat. Cuiaciana b.* ad bonorum (possessionem s. g. admittitur) *ed. princ.* 2 atq: *Vat. Cuiaciana b.* ac *ed. princ.* superioris *Vat.* 4 edictu *Vat.* 9 aut cum re datur] aūt reddat̃ *Vat. Cf. Lachmannus* 10 sinerē *Vat.* cum is *Hugo (Civ. Mag. IV 405).* is *Vat.* si is *ed. princ.* 12 *sq.* si suus heres sit, intestati bonorum] si suus heres intestati bonorū *Vat. Cuiaciana b.* si suus heres intestato sit. Bonorum *ed. princ.* cuius distinctionem *corr. Cuiacius in not.* si suus heres sit intestati, bonorum *Cuiacius in not. post.* si sit suus heres intestati, bonorum *Lachmannus.* si sit suus heres, intestati bonorum *Huschkius* 13 sine re est] sinerę (*h. e.* sine r.ē.) *Vat.* quoniam (q̃m) *Vat. Cuiaciana b.* cum *ed. princ. Cf. XXV 14. XX 14. Lachmannus* 17 ciues *Vat.*

testato, et suus heres ei sit, quamquam non naturalis, sed uxor puta, quae in manu fuit, uel adoptiuus filius, lex patrono nihil praestat. sed ex edicto praetoris, seu testato libertus moriatur, ut aut nihil aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat, contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relinquat: siue intestato decedat et uxorem forte in manum uel adoptiuum filium relinquat, aeque partis mediae bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

2 In bonis libertae patrono nihil iuris ex edicto datur. itaque .... seu intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet, licet liberi sint libertae, quoniam non

titulum ad finem perductum esse, uel ex manca extrema sententia apparet. Cum enim de iure patroni in bonis liberti (§ 1), libertaeque

1 quamquam *scripsi*. quã *Vat*. quamuis *edd*. 3 prestat *Vat*. edictu *Vat*. 4 seu *Vat*. *Cuiaciana b*. si *ed. princ*. testato *Cuiacius in not. post*. testamento *Vat*. *Cuiaciana b*. testamento facto *ed. princ*. testamento relicto *prop. Böckingius* ut aut *marg. Cuiacianae b*, *Vat*. aut ut *ed. princ*. et si aut *Cuiacius in not*. et aut *Cuiacius in not. post*. 6 dimidiã *Vat*. 9 manum *Vat. ed. princ*. manu *Hugo 2* 10 aequae *Vat*. *Cf. Gai III 41* '*siue enim faciat testamentum libertus, iubetur ita testari, ut patrono suo partem dimidiam bonorum suorum relinquat, et si aut nihil aut minus quam partem dimidiam reliquerit, datur patrono contra tabulas testamenti partis dimidiae bonorum possessio: si uero intestatus moriatur suo herede relicto adoptiuo filio [uel] uxore quae in manu ipsius esset...datur aeque patrono aduersus hos suos heredes partis dimidiae bonorum possessio.*' 14 *Lacunam indicauit Lachmannus, quam ex parte sic:* itaque siue auctor ad testamentum faciendum factus sit, ...: seu intestata *expleuit*. itaque seu intestata *Vat. Cuiaciana b*. itaque si intestata *ed. princ*. 16 *sqq*. pertinet, licet l. s. libertae; quoniam n. s. s. h. matri, ut obstent patrono. Lex Papia Poppaea po-

sunt sui heredes matri, ut obstent patrono. 3 Lex Papia Poppaea postea libertas quattuor liberorum iure tutela patronorum liberauit, et cum intulerit iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit, ut pro numero liberorum libertae superstitum uirilis pars patrono debeatur. 4 Liberi patroni uirilis sexus eadem iura in bonis libertorum parentum suorum habent, quae et ipse patronus: 5 feminae uero ex lege quidem duodecim tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi: contra tabulas autem testamenti liberti aut ab intestato contra suos heredes non naturales bonorum possessio eis non competit: sed si ius trium liberorum habuerunt, etiam haec iura ex lege Papia Poppaea nanciscuntur. 6 Patronae in bonis libertorum illud ius tantum habebant, quod lex duodecim tabularum introduxit: sed postea

(§ 2.3), porro de iure liberorum patroni tam masculorum (§ 4) quam feminarum (§ 5), denique de iure patronae (§§ 6.7) in bonis liberto-

stea *Lachmannus conl. Gai III 43.* ptinet. Licet l. s. libertae q̄m n. s. s. h. matri obstit (,obstat *ed. princ.*) patrono. Lex (patrono lex *ed. princ.*) papia popeā postea (popea. Postea *ed. princ.*) *Vat. ed. princ.* pertinet: nam licet l. s. libertae, quoniam n. s. s. h. matri, non obstant patrono. Lex Papia Popoea, *om.* postea, *Cuiacius in not. et nisi quod* licet enim (*ac seruato* postea) *Huschkius* (*Beitr. z. Krit. d. Gaius p. 56*). *Fortasse* pertinet: nec licet l. s. libertae, quoniam n. s. s. h. matri, obsistit patrono. Lex P. P. postea 4 ea *Vat.* 6 superstitum *ed. princ.* subprestitũ *Vat. Cuiaciana b* 9 *Huc paragraphi signum, quod erat u. 11, transposuit Hugo l. C. A. p. 1607* féminae *Vat.* 11 testamento *Vat.* 13 naturalis *Vat: ed. princ., quod esse acc. plur. monuit Cuiacius in notis* 14 habuerint *Hugo l. C. A. p. 1607* hac *Vat.* 15 popea *Vat. ed. princ.* patronae in *Io. Cannegieterus.* paternae ex *Vat.* patronae ex *ed. princ.* 16 habebant *Hugo l. C. A. p. 1607.* habeant *Vat. Cuiaciana b.* habent *ed. princ. Cf. Gai III 49* '*patronae olim ante legem Papiam hoc solum ius habebant in bonis libertorum.*'

lex Papia patronae ingenuae duobus liberis honoratae, libertinae tribus, id iuris dedit, quod patronus habet ex edicto. 7 Item ingenuae trium liberorum iure honoratae eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono tribuit. * * * * *

EXPLICIT

rum egisset, relicuum erat, ut etiam de patronae liberorum iure, siue ei uirilis sexus siue feminae sunt, diceretur: quode uide Gai III 53.

Desiderantur autem praeterea, ut ad tit. XXVIII monui, duae partes postremae capitis de bonorum possessionibus, quae sunt de bonis Latinorum libertorum et de eorum bonis qui dediticiorum numero sunt: atque de per uniuersitatem adquisitionibus caput tertium, quod est de bonorum emptionibus. Cf. ad tit. XX. De his partibus perditis cf. Gai III 55—87.

1 patronae ingenuae *ed. princ. Cuiaciana b. sed* ingenuae *inclin. litt.* patronae *Vat.* ingenuae patronae *Bluntschlius. Cf. Gai l. infra c.* 2 idem iuris *siue* id ius *prop. Böckingius* 3 edictum *Vat.* itém *Vat.* ingenuae *Göschenus in Gai l. c.* ingenui *Vat.* liberis ingenuae *ed. princ.* 5 ipsi patronɔ (*sic*) *Vat.* ipsi patrono *ed. princ.* ipsi patronae *Cuiacius in not.* ipsa patrono *Göschenus in ed. 2 Gai III 50:* '[*sed postea lex Papia*] *duobus liberis honoratae ingenuae patronae, libertinae tribus, eadem fere iura dedit, quae ex edicto praetoris patroni habent: trium uero liberorum iure honoratae ingenuae patronae ea iura dedit, quae per eandem legem patrono data sunt: libertinae autem patronae non idem iuris praestitit.*'

COLLAT. TIT. II. DE ATROCI INIVRIA

KAP. II. VLPIANVS LIBRO SINGVLARI REGVLARVM SVB TITVLO DE INIVRIIS.

Iniuria, si quidem atrox, id est grauis rerum, non sine iudicis arbitrio aestimatur. Atrocem autem aestimare solere praetorem, adque collegi ex facto, ut puta si uerberatus uel uulneratus quis fuerit. ET RELIQVA.

L. 25 D. DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS XLIV 7

VLPIANVS LIBRO SINGVLARI REGVLARVM. Actionum genera sunt duo, in rem, quae dicitur uindicatio, et in personam, quae condictio appellatur.

DE INIVRIIS] Haec una particula restitit e tertio DE REBVS tractatu, qui est de obligationibus. Vide ad tit. XVIIII. Cf. Gai III 220—225: unde Collationis 'et reliqua' possis supplere (§ 225): 'uel ex loco, uelut si cui in theatro aut in foro iniuria facta sit: uel ex persona, uelut si magistratus iniuriam passus fuerit, uel senatoribus ab humili persona facta sit iniuria.'

DE ACTIONIBVS] Vlpianus ne tertiam quidem Institutionum partem quae est DE ACTIONIBVS intactam in hoc regularum libello reli-

2 singulari regularum *Pithoeus*. regularis *Berol.* singulorum (*om.* sub titulo) *Vind.* Regularum singulari *Io. Cannegieterus* Vlpianus....titulo *omisit Verc.* 4 iniurias *Vind.* grauis rerum *ed. princ.* graui rerum *Berol.* grauis est *Vind. Verc. De usu eius genetiui cf. Rudim. Inst. gramm. II p. 73 sq. Stallb.* 5 iudici arbytrio *Vind.* extimatur *Berol. Verc.* 6 estimare *Berol.* extimare *Verc.* pretorem *Berol.* adque *Berol.* idque *Pithoeus*, *Vind. Verc.* atque *ed. princ.* collegi ex *Berol.* collegit. Et *Vind.* colligit ex *Verc.* colligi ex *ed. princ.* 7 uerberatur *Verc.* uel] aut *Vind.* quis *om. ed. princ.*

In rem actio est, per quam rem nostram, quae ab alio possidetur, petimus: et semper aduersus eum est, qui rem possidet. In personam actio est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid uel dandum: et semper aduersus eundem locum habet.

1 Actionum autem quaedam ex contractu, quaedam ex facto, quaedam in factum sunt. Ex contractu actio est, quotiens quis sui lucri causa cum aliquo contrahit, ueluti emendo uendendo, locando conducendo, et ceteris similibus. Ex facto actio est, quotiens ex eo teneri quis incipit, quod ipse admisit, uel uti furtum uel iniuriam commisit, uel damnum dedit. In factum actio dicitur, qualis est exempli gratia actio, quae datur patrono aduersus libertum, a quo contra edictum praetoris in ius uocatus est.

2 Omnes autem actiones aut ciuiles dicuntur, aut honorariae.

querat: cui quidem Gaius totum commentarium quartum dicauit. Restat autem hoc fragmento de actionibus nihil nisi actionum diuisiones ac definitiones. Cf. Gai IV 1—9.

7 actiones *Hal.* 8 ex peccato *Hal.* 9. 12 quoties *Hal.* 9 caussa *Hal.* 11 ex facto autem *Vulg.* ex peccato autem *Hal.* 13 ueluti si *Hal. Vulg.* commiserit.. dederit *Hal. Vulg.*

DOMITII VLPIANI

I N S T I T V T I O N V M

RELIQVIAE

6

LIBER PRIMVS

I

Iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat. est autem a iustitia appellatum: nam, ut eleganter Celsus definit, ius est ars boni et aequi. 1 Cuius merito quis nos sacerdotes appellet: iustitiam namque colimus et boni et aequi notitiam profitemur, aequum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu poenarum, uerum etiam praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes, ueram nisi fallor philosophiam, non simulatam affectantes. 2 Huius studii duae sunt positiones; publicum et priuatum. publicum ius est, quod ad statum rei Romanae spectat, priuatum, quod ad singulorum utilitatem: sunt enim quaedam publice utilia, quaedam priuatim: publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus constitit: priuatum ius tripertitum est: collectum etenim est ex naturalibus praeceptis aut gentium aut ciuilibus. 3 Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: nam ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quae in terra, quae in mari nascuntur,

Liber I. I L. 1 D. de iustitia et iure I 1 'Vlpianus libro primo Institutionum: Iuri' e. q. s. Hoc fragmentum ex ipso principio libri desumptum ad prooemium institutionum pertinet: quo Vlpianus genera iuris (publicum, priuatum: naturale gentium ciuile) definitionibus et exemplis inlustrat I—X. Cf. Mommsenus (Zeitschr. f. gesch. R. W. XV 378)

3 autem ius *uulg.* 11 adfectantes *Haloandrina* 15 utilitatem pertinet *uulg.* 17 consistit *Hal.* 18 enim *Hal.* 21 non solum *uulg.* 22 quae in terra, quae in coelo, quae in mari *uulg.* quae terra marique *Hal.*

auium quoque commune est: hinc descendit maris atque feminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio: uidemus etenim cetera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censeri. 4 Ius gentium est, quo gentes humanae utuntur: quod a naturali recedere facile intellegere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.

II

Manu missiones quoque iuris gentium sunt. est autem manu missio de manu missio, id est datio libertatis: nam quam diu quis in seruitute est, manui et potestati suppositus est: manu missus liberatur potestate. quae res a iure gentium originem sumpsit, utpote cum iure naturali omnes liberi nascerentur, nec esset nota manu missio, cum seruitus esset incognita, sed postea quam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manu missionis: et cum uno naturali nomine homines appellaremur, iure gentium tria genera esse coeperunt: liberi et his contrarium serui et tertium genus liberti, id est hi, qui desierant esse serui.

III

* * * arbitrariam explicantur aut per sponsio-

II L. 4 D. de iustitia et iure I 1 'Vlpianus libro primo Institutionum ...'

III E laciniis Vindobonensibus. Hunc his fragmentis locum Mommsenus uindicauit. Idem rationem qua et hic interdicta tangat Vlpianus et infra fr. VII redeat ad interdicta explicuit.

2 coniugatio *uulg.* 4 feras etiam bestias *uulg.* 5 peritia] '*Alias:* perita.' *Gothofredus in not.* 7 inde licet facile intelligere *Hal.* 9 est *Hal.* 12 missio id est *omisit Hal.* 13 libertatis *omisit Hal.* 14 et manumissus *Hal.* 21 appellarentur *Hal.* hominum genera *Hal.* 22 his] iis *Hal.* 23 libertini *Hal.* id est hi *omisit Hal.* 25 Restitutoria atque exhibitoria interdicta aut

nem: semper prohibitoria uero per sponsionem explicantur. Restitutorio uel exhibitorio interdicto reddito, siquidem arbitrum postulauerit is, cum quo agitur, formulam accipit arbitrariam, per quam arbiter * * *

IV

Precarium est, quod precibus petenti utendum conceditur tam diu, quam diu is, qui concessit, patitur. quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit. et distat a donatione eo, quod qui donat, sic dat, ne recipiat: at qui precario concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cum sibi libuerit precarium soluere. et est simile commodato: nam et qui commodat rem, sic commodat, ut non faciat rem accipientis, sed ut ei uti re commodata permittat.

V

Locatum quoque et conductum ius gentium

IV L. 1 D. de precario. XLIII 26 (25 Hal.) 'Vlpianus libro primo Institutionum. P r e c a r i u m ... p e r m i t t a t.' (lib. pr. Inst. om. Hal.) Lacin. Vindob. 'i r e c o m m o d a t a p e r m i t t a t.' Quod frustulum conuenire accurate cum Dig. l. c. uerbis postremis Endlicherus perspexit.

V E laciniis Vindobonensibus.

per formulam (arbitrariam) *praemittit post alios Böckingius coni. Gai IV 141 'ex prohibitoriis interdictis semper per sponsionem agi solet: ex restitutoriis uero uel exhibitoriis modo per sponsionem, modo per formulam agitur, quae arbitraria uocatur.'*

1 prohibitoria uero semper *uel* semper uero prohibitoria *Sauinius* (*Zeitschr. f. gesch. R. W. IX 6*). *Cf. Rudorffius ibid. p. 27* 2 Restitutorio] *Cf. Gai IV* (*141*): *162. 163 'igitur* [*cum*] *restitutorium uel exhibitorium interdictum redditur ... si arbitrum postulauerit is, cum quo agitur, accipit formulam, quae appellatur arbitraria: nam iudicis arbitrio si quid restitui uel exhiberi debeat, id sine poena exhibet uel restituit, et ita absoluitur.'* 3 reddicto *cod., corr. Endlicherus* 11 at *omisit Hal.* 12 sɪVi *Flor.* 17 Locatum] *Cf. Gai III 142*

induxit. nam ex quo coepimus possessiones proprias et res habere, et locandi ius nancti sumus, et conducendi res alienas: et is qui conduxit, iure gentium tenetur ad mercedem ex * * *

VI

* * * reddis quae accepisti, sed aliam pecuniam eiusdem quantitatis. Mutuae autem dari possunt res non aliae, quam quae pondere numero mensura continentur.

Depositi quoque utilitatem ius gentium prodidit, ut quiuis custodiendam rem suam animalem uel * * *

VII

* * * inu . . . . adipiscendae quam reciperandae possessionis, qualia sunt interdicta QVEM FVNDVM et QVAM HEREDITATEM. nam si fundum uel hereditatem ab aliquo petam, nec is defendat, cogitur ad me transferre possessionem, siue numquam possedi, siue ante possedi, deinde amisi possessionem.

VI VII E laciniis Vindob.

4 ex conducto ei qui locauit *supplet Böckingius.* exsoluendam *uel* ex conducto soluendam *Rudorffius* 6 reddis] *Cf. Gai III 96. Vlpianum de differentia inter creditum et mutui dationem egisse Böckingius opinatur conl. L. 2 pr.* §§ *1—3 D. de R. C. XII 1* 12 '*Fortasse sequebatur:* (mobilem) quae anima caret, alicui traderet.' *Böckingius.* uel inanimem *Sauinius* 14 tam adipiscendae *Endlicherus.* Sunt etiam interdicta duplicia tam *Rudorffius conl. L. 2* § *3 D. de interdictis XLIII 1* 15 quem fundum] *Cf. Fragm. Vat.* § *92. Vide Rudorffium* 17 nec is defendat *Mommsenus.* n̄ his defendat *cod.* nec lis defendatur *Rudorffius.* neque is (*siue* is se) defendat *Puchta* 18 cogit ⁊ *cod.* cogitur is *Hugo.* cogitur statim *Böckingius* 20 possessionem] *Cf. Gai IV 143. 147. 148*

VIII

* * * paratum est interdictum, uelut cui ini * * *

IX

Ius ciuile est, quod neque in totum a naturali uel gentium recedit nec per omnia ei seruit: itaque cum aliquid addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium id est ciuile efficimus. 1 Hoc igitur ius nostrum constat aut ex scripto aut sine scripto, ut apud Graecos ΤΩΝ ΝΟΜΩΝ ΟΙ ΜΕΝ ΕΓΓΡΑΦΟΙ, ΟΙ ΔΕ ΑΓΡΑΦΟΙ.

X

Quod principi placuit, legis habet uigorem, utpote cum lege regia, quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem conferat. 2 Quodcumque igitur imperator per epistulam et subscriptionem statuit uel cognoscens decreuit uel de plano interlocutus est uel edicto praecepit, legem esse constat: haec sunt, quas uolgo constitutiones appellamus. 3 Plane ex his quaedam sunt personales, nec ad exemplum trahuntur: nam quae princeps alicui ob merita indulsit uel si quam poenam irrogauit uel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur.

VIII E laciniis Vindob.
IX L. 6 D. de iustitia et iure I 1 'Vlpianus libro primo Institutionum ...'
X L. 1 D. de constitutionibus principum I 4 'Vlpianus libro primo Institutionum...'

2 comparatum *Endlicherus* cuius initium est *Blumius* 4 naturali iure *uulg.* 5 neq: *Hal.* 15 contulit *uulg.* 16 epistolam *Hal.* 18 hae *uulg.* 19 constitutiones uulgo *Hal.* 20 quae nec *Hal.* 21 quae] quod *Hal.* aliq̃ui *Flor.*

XI

Nam ciuium Romanorum quidam sunt patres familiarum, alii filii familiarum, quaedam matres familiarum, quaedam filiae familiarum. patres familiarum sunt, qui sunt suae potestatis, siue puberes siue impuberes: simili modo matres familiarum. filii familiarum et filiae, quae sunt in aliena potestate: nam qui ex me et uxore mea nascitur, in mea potestate est: item qui ex filio meo et uxore eius nascitur, id est nepos meus et neptis, aeque in mea sunt potestate: et pronepos et proneptis et deinceps ceteri.

XII

Tribus modis uxor habebatur, usu, farreo, coëmptione: sed farreatio solis pontificibus conueniebat. Quae autem in manum per coëmptionem conuenerant, eae matres familias uocabantur, quae uero usu uel farreo, minime. Coëmptio uero certis sollemnitatibus peragebatur, et sese in coëmendo in uicem interrogabant, uir ita, an sibi mulier mater familias esse uellet: illa respondebat uelle. item mulier interrogabat, an uir sibi pater familias esse uellet: ille respondebat uelle. Itaque mulier uiri conueniebat in manum, et uocabantur hae nu-

XI L. 4 D. de his qui sui uel alieui iuris sunt I 6 'Vlpianus libro primo Institutionum...' Haec quae deinceps sequuntur fragmenta, de iure sunt quod ad personas pertinet: patres et filii familiarum (XI). nuptiarum ritus (XII). dos (XIII). hostis et postliminium (XIV).

XII Boethius in Cic. Top. II p. 299 Bait. 'Tribus enim modis uxor ...loco filiae. Quam sollemnitatem in suis institutis Vlpianus exponit.'

3 alii filii familiarum '*postea addita per antiq. librarium*' *in Flor.* alii] quidam *Hal.* 5 suae potestatis sunt *Hal.* 6 et matres *Hal.* 7 filii uero et filiae familiarum qui *Hal.* 8 nascuntur *Hal.* 9 potestate mea sunt *Hal.* 10 nascitur *omisit Hal.* 14.18 farreo *Eins. Sangall. duo.* farre *uel* farreatione *edd. aliq. uett.* 15 farreatio *Eins. Sangall. alt.* confarreatio *edd.*

ptiae per coëmptionem, et erat mulier mater familias, uiro loco filiae.

XIII

Facere posse maritus etiam id uidetur, quod a muliere consequi potest, scilicet si iam ei aliquid absit, quod pro muliere aliquid expendit uel mandato eius praestitit. ceterum si nondum ei abest, ut puta sub condicione est obligatus, nondum uidetur facere posse.

XIV

Hostes sunt, quibus bellum publice populus Romanus decreuit, uel ipsi populo Romano: ceteri latrunculi uel praedones appellantur. et ideo qui a latronibus captus est, seruus latronum non est, nec postliminium illi necessarium est: ab hostibus autem captus, ut puta a Germanis et Parthis, et seruus est hostium et postliminio statum pristinum recuperat.

LIBER SECVNDVS

I

Totum autem ius constitit aut in adquirendo aut in conseruando aut in minuendo: aut enim hoc

XIII L. 28 D. sol. matrim. dos quem admodum petatur XXIV 3 'Vlpianus libro primo Institutionum...' (Vlpianus rel. om. Hal.)
XIV L. 24 D. de captiuis et de postlim. et redempt. ab host. XLIX 15 'Vlpianus libro primo Institutionum...' (Vlpianus rel. om. Hal.)
Liber II. I L. 41 D. de leg. et sctis et long. consuet. I 3 'Vlpianus libro II Institutionum...' In codd. quibusd. hunc locum e I Institutionum libro laudari Heimbachius testatur (Leipz. Repert. 1835 VI n. 2563) Sumptum autem hoc fragmentum ex prooemio eius partis, quae est de rebus.

6 aliquid] uel *Hal.* mandatu *Hal.* 8 si sub *Hal. uulg.* obligatus est *Hal.* 12 ceteri uero *uulg.* 16 autem *om. Hal.* ut *om. uulg.* a *om. Hal.* seu Parthis *Hal.* 18 recuperat pristinum *Hal.* 20 consistit *Hal.*

agitur, quem admodum quid cuiusque fiat, aut quem admodum quis rem uel ius suum conseruet, aut quomodo alienet aut amittat.

II

Seruitutes rusticorum praediorum sunt hae, iter, actus, uia, aquae ductus. iter est ius eundi ambulandi homini, non etiam iumentum agendi. actus est ius agendi uel iumentum uel uehiculum: itaque qui iter habet, actum non habet: qui actum habet, et iter habet, etiam sine iumento. uia est ius eundi et agendi et ambulandi: nam et iter et actum in se uia continet. aquae ductus est ius aquam ducendi per fundum alienum. 1 In rusticis computanda sunt aquae haustus, pecoris ad aquam adpulsus, ius pascendi, calcis coquendae, harenae fodiendae. 2 Traditio plane et patientia seruitutium inducet officium praetoris.

III

Aedificia urbana quidem praedia appellamus. ceterum etsi in uilla aedificia sint, aeque seruitutes urbanorum praediorum constitui possunt. 1
Ideo autem hae seruitutes praediorum appellantur, quoniam sine praediis constitui non possunt: nemo

II L. 1 D. de seruitutibus praediorum rusticorum VIII 3 'Vlpianus libro secundo Institutionum...' Et hoc et proximum de seruitutibus fragmentum ad ius de rebus pertinent.

III L. 1 D. commun. praed. tam urb. quam rust. VIII 4 'Vlpianus libro secundo Institutionum...'

2 rem suam *Hal.* 5 praediorum rusticorum *Hal.* 7 hominis *Hal. uulg.* agendi] uel uehiculum *add. uulg.* 8 itaque] ita *Hal.* 10 et *om. uulg.* etiam] eoque uti potest et *uulg.* eundi] uehendi *Gothofredus in not.* 11 et se *Flor., ma. alt. corr.* 12 aquae ducendae *Hal. uulg.* 13 in praediis rusticis *Hal. uulg.* 14 etiã sunt *Hal.* austus *Flor.* 15 arenae *Hal.* 16.17 seruitutum inducit *Hal.* 20 sunt *uulg.*

enim potest seruitutem adquirere uel urbani uel rustici praedii, nisi qui habet praedium.

IV

Ab intestato quoque hereditas defertur aut per ius ciuile aut per praetoris beneficium: per ius ciuile suis heredibus uel liberis, qui in potestate fuerunt, filio, filiae et deinceps qui in locum defuncti parentis, qui ex eodem nati sunt, succedunt.

V

1 Post suos ab intestato legitimi admittuntur primum consanguinei. hi sunt frater et soror, qui in eiusdem potestatem patris fuerunt, etsi ex diuersis matribus nati sunt. 2 Consanguineos et adoptio facit et adrogatio et causae probatio et in manum conuentio.

VI

1 Et consanguinei legitimi uocantur. hi sunt

IV Coll. leg. Mos. et Rom. Tit. XVI Kap. V 'idem' (h. e. Vlpianus de quo Kap. IV. item Berol.) 'ab intestato institutionum. Ab intestato' e. q. s. (lib. II Institutionum sub titulo de successionibus ab intestato Pithoeus.) Id non dubium, quin hae quae deinceps sequuntur de iure hereditario reliquiae (IV—VIII) ad alterum Institutionum librum pertineant. Quibus accedunt de fidei commissis et de mortis causa donationibus frustula duo (IX. X).
V Ibid. Kap. VI 'idem eodem libro...' (item Berol. liber Vind.)
VI Ibid. Kap. VII 'Idem eodem libro...' (item Berol. liber Vind.)

1 praedium] nec quisquam seruitutem debere, nisi qui habet praedium *add. uulg.* 4 ad *Vind.* differtur *Vind.* 6 fuerint *Vind.* 7 filio *Scaliger.* filii *Vind.* (*Berol.*) 8 qui] cum aliis qui *Schultingius* 10 tuos *Vind. corr.* duos legitimę *Berol.* legitime *Vind.* 11 primi *Vind.* hi *prop. Böckingius conl. fr. VI. om. Berol. Vind.* ii *Pithoeus* fratres *Berol.* 12 potestatem *Berol. Vind.* potestate *Pithoeus* patres *Berol.* patris potestate *prop. Böckingius* fuerint *Vind.* 15 manu *Berol.* 17 et consanguinei *Vind.* & consanguineis *Berol.* a consanguineis (*i. e.* post consanguineos) *Pithoeus.* ex consanguineis *ed. Heidelb.*

agnati, qui nos per patris cognationem contingunt, uirilis sexus: nam sciendum feminis ultra consanguineas hereditates legitimas non deferri. 2 Suis praetor solet emancipatos liberos itemque ciuitate donatos coniungere, data bonorum possessione, sic tamen, ut bona, si quae propria habent, his qui in potestate manserunt, conferant: nam aequissimum putauit neque eos bonis paternis carere per hoc, quod non sunt in potestate, neque praecipua bona propria habere, cum partem sint ablaturi suis heredibus.

VII

1 Post agnatos praetor uocat cognatos: cognati autem sunt, qui nos per patrem aut matrem contingunt: post cognatos uirum et uxorem. 2 Et haec si qui decessit, non fuit libertinus uel stirpis libertinae: ceterum si libertinus est uel libertina, ad patronum eius legitima hereditas patronamue lege duodecim tabularum defertur.

VIII

1 Post familiam patroni uocat praetor patronum

VII Ibid. Kap. VIII 'Idem libro qui supra de suis heredibus: Post' e. q. s. (item Berol. A suis heredibus post Pithoeus. de suis heredibus deleri iubet Schultingius. qui supra sub titulo de suis et legitimis heredibus. Post Bluhmii ed.)
VIII Ibid. Kap. VIIII 'Idem eodem libro...' (item Berol.)

1 non *Vind.* 2 uiris *Berol.* uirili *Vind.* 4 praeter *Vind.* solet *om. Vind.* & mancipatus *Berol.* idemque *Vind.* 4.5 ciuitatem donatus *Berol. Vind.* 5 possessiones hic *Berol.* possessiones. Explicit *Vind. qui hic desinit. In Vercellensi, cuius finis est Tit. XVI Kap. III 13, nihil est horum fragmentorum* 6 sit qua *Berol.* sua quae *Scaliger* 7 conferat *Berol.* 9 quod *prop. Böckingius.* qui *Berol.* quia *Pithoeus* precipuã bonam *Berol.* 10 hoc | redibus *Berol.* 13 agnatos *Berol.* consanguineos *Pithoeus* 14 patrem aut *eicit Cuiacius* 17 ad *omisit Berol.* 18 patronaue legem *Berol.* 19 defertur *Cuiacius.* refertur *Berol.* 21 patroni] liberti *coni. Pithoeus*

et patronam, item liberos et parentes patroni, patronae, deinde uirum et uxorem, mox cognatos patroni et patronae. 2 Quodsi is qui decessit, liber fuit absque remancipatione manu missus, lex quidem duodecim tabularum manu missori legitimam hereditatem detulit, sed praetor aequitate motus decem personas cognatorum ei praetulit has, patrem, matrem, filium, filiam, auum, auiam, nepotem, neptem, fratrem, sororem, ne quis occasione iuris sanguinis necessitudinem uinceret. 3 Sed imperator noster in hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, eas solas personas uoluit admitti, quibus decimae immunitatem ipse tribuit.

IX

Etiam hoc modo CVPIO DES, OPTO DES, CREDO TE DATVRVM fidei commissum est.

X

aut aetate fessus.

IX L. 115 (112 Hal.) D. de legatis et fideicommissis I. XXX 'Vlpianus libro secundo Institutionum...' (Vlpianus rel. om. Hal.)
X L. 5 D. de mortis causa donat. et capionib. XXXIX 6 'Vlpianus libro secundo Institutionum...' (Vlpianus rel. om. Hal.) Quod fragmentum uel e tali enunciati forma sumptum: mortis causa donare potest aut ... aut aetate fessus. In Digestis haec uerba non accurate grammaticae rationi accommodata sunt. Praecedunt enim haec: 'Paulus ... Mortis causa donare licet non tantum infirmae ualetudinis causa: sed periculi etiam...aut nauigationis ineundae. Gaius ... aut per insidiosa loca iturus. Vlpianus ... aut aetate fessus. Paulus ... haec enim omnia instans periculum demonstrant.'

1 idem *Berol.* 2.3 mox .. patronae: deinde .. uxorem *transponi iubet Cuiacius* 3 libero *Berol.* 4 absque remancipatione *Schultingius.* & remancipationem *Berol.* ex remancipatione *Pithoeus.* citra remancipationem *prop. Böckingius* 5 manu missoris *Berol.* 8 auum] auiū *Berol.* nepote *Berol.* 9 occansionem *Berol.* 13 decimae] uicesimae *Cuiacius* inmunitate *Berol.* 15 cupio ut des, opto ut des *Hal.*

INDEX

LACINIAE VINDOBONENSES

Fol. 1 r.

. . . . ARBI
TRARIAMEXPLICANT̃ĀPERSPOŃ
SIONEMSEMP.PROHIBITORIAVE
ROꝑSPONSIONEMEXPLICANT̃
RESTITVTORIOVEXHIBITORIO÷DICTO
REDDICTOSIQD̄.ARBITRVMP'V
LAVERITISC'QVOAGITFORM.AC
CIPITARBITRARIAMꝑꝗARBITER

IRECOMMODATAꝑMITTAT
LOCATVMq̄q̄ETƆDVCTVMIVS
GENTIVMINDVXITNEXq̊COE
PIM'P'SESSIONESꝓPRIASETRES
HȦBEREETLOCANDIIVSNANC
TISVM'ETƆDVCENDIRESALIE
NASETISQVIƆDVXITIVREGEN
TIVMTENET̃ADMERCEDEMEX

Fol. 1 u.

REDDISq̄ACCEPISTIS'ALIAMPE
CVNIAME'DEMQVȦNTITATIS
MVTVAEĀ·DARIP'SVNTRESN̄
ALIAEqq̄PONDERENVMERO
MENSVRAↃTINENT̃
DEPOSITIq̄q̄VTILITATEMIVSGEN
TIVMꝑDIDITVTqVISCVSTODIEN
DAMREMSVAMANIMȦLEMV̄

INV. . . . .
ADIPISCENDAEqRECIPERANDAE
P'SESSIȮNISQVALIAS.ꝭDICTA
QVEMFVNDVMETqh̄.TATEM
ꝶSIFVNDVMVh̄TEMABALIQVO
PETAMN̈HISDEFENDATCOGIT̃ ·̄
ADMETRANSFERREP'SESSIONEM
SIVENVMqp'SEDISIVEAN**p'SE